

L E X I C O N

§36.

DYSPNOEA, est respirandi difficultas, cum dolore & fatigatione ab organis Respirationis vitiatis, obsefis, aut irritatis orta. Habetque duos gradus, nempe Asthma & Orthopnæam, de quibus suo loco, ex *δυσ* difficile & *πνεύσις* spiro. B. *Moezelphē adm̄*. G. Schwer atheim, engbrustigkeit, keuchen. Gall. *Respiratione embarrassée, difficulté de respirer*. A. Difficultie of breathing.

DYSTHEREPUTA, sunt morbi curatu difficiles, ex *δυσ* pervicaciter, & *θεραπεία* curo. B. *Ziekten die zwaar te genezen zijn*. G. Krancheiten die nicht leichtlich weg gehen. Gall. *Maladies difficiles à guérir*.

DYSTHYMIA, est animi ægritudo, ex *δυσ* ægré, & *θυμός* animus. B. *Zwaarhertig*. G. Schwermuthig. Gall. *Melancolie*. A. Heavie spirited, Heavie-minded.

DYSTOCIA, est partus difficilis, sive præter ordinarium cursum fætus in lucem, editio. Hoc fit quando nempe obliquè, transversim vel pedibus primo egreditur, vel cum viæ ex inflammatione, vel alias angustæ sint, vel cum fætus magnus, debilis, obesus, vel mortuus sit, ex *δυσ* difficile, & *τοκτιστική* pario. B. *Een moezelphē haring*. G. Schwære arbeit im geburt. Gall. *Accouchement laborieux ; Travail difficile*. A. Difficult birth or hard labour.

DYSURIA, est mingendi difficultas, ab organis male dispositis, aut à calculo, arenis vel viscidis humoribus obstructis, plerūmque cum ardore urinæ, ex *δυσ* male, *ὕγεια* urina, & *πόνος* fluo. B. *Een moezelphēheid in 't watter maken*. G. Harnstrenge, harn-wande. Gall. *Difficulté d'Urine*. A. Difficultie in pissing.

E.

EBENUM, EBENUS, vel HEBENUS, est arbor du-
rissimi, gravissimi & nigerrimi ligni. Procul dubio
ejus origo debetur voci Arabicæ *Alban*, *Albanos*, *Abenus*:
Hinc facilioris elocutionis gratia *Ebenus*. B. *Ebben-hout*
boom. G. Eben-holtzbaum. Gall. *Ebene*. A. Ebony tree.

EBISCUS, idem quod *Hibiscus*, vide *Althaea*.

EBULLITIO, ab ebullire, est liquorum, mediantè
igne rarefactio. Vel quando alcalia & acida mutuo com-
miscentur, ut in effervescentiis. B. *Opzieding*. G. Das
Sieden, Auffkochen. Gall. *Ebullition*. A. A Boiling, Bu-
bling.

EBULU-

EBULUS, seu sambucus humilis à quo vix differt, nisi quod sit multò humilior. Græcis ἐβολός, ex ē benē, & βολή confilium, quia ægris benē consulat, atque ebullientes servidosque humorēs per alvum ducat. Gr. καρπός. B. Dwig. G. Attig, niederholder. Gall. Yeble. A. Dwarf elder.

ECBOLICA, sunt Medicamenta, quæ fetum in partu difficulti expellunt. Item Medicamenta quæ abortum concitant, ab ἐκβάσισι expurgo.

ECCATHARTICA, vide *Catharticum*, ab ἐκκαθάρισμα expurgo.

ECCHYLOMA, idem quod *Extractum*.

ECCHYMOMA, **ECCHYMOYSIS**, est cutis fugillatio, à sanguinis extravasatione ex vafulis minimis cutaneis, cava quadam formantis, ab ἐκχύσιο effundo, & εἰσεναγόμενa sanguis. B. Blaauwe vlekken. G. Die Streichmasen, Blaw flecken. Gall. Echymose. A. Blew-nesse in the Shin.

ECCHYMOYSIS, idem quod *Eccymoma*.

ECCOPE, idem quod *Extirpatio*, ab ἐκυπέτω excinendo. *Eccope*, est quoque offis incisio perpendicularis abitque continui dissolutione, remanente tantum ligno. Hippocrates nominat *Hedram*, Latini *Vestigium* vel *sedem*.

ECCOPROTICA, idem quod *Cathartica*, sed leniora ab ἐκκαθάρισμo alvum depono. Vid. *Ectoprotica*.

ECCRIMOCRITICA, sunt judicia de excretis particularibus ab ἐκκριμα secerno, & οὐτισμοι judico.

ECCRISIS, est excrementorum secretio, ab ἐκκριμa secerno.

ECHIDNIUM, est diminutivum ab *Echium*, vide suo loco.

ECHINOMELOCACTOS, est Melocarduus, planta Indica, ex ἐχίνo Echinus, qui echini animalis in modum spinis undique est obductus, & μῆλον melo, pomumi, & καρδιά carduus.

ECHINOPODA, quidam Genistam esse putant, ex ἐχίνo Echinus, ob spinas quas habet, & πόδη pes.

ECHINUS, est quicquid numerosa congerie' aculeorum stipatur, sive tegmen, sive caput, sive cacumen fuerit, sic dictus quod globoso spinarum agmine maris hermaceum mentiatur. Sic vocari possunt castaneæ, capita carduorum &c.

ECHIUM, VIPERINA, seu *Axxioides*, est herba, quæ habet caules lanuginosos, virides, & punctis nigris instructos : folia oblonga, angusta, lanuginea, aspera, faporis insulsi : flos monopetalus, infundibuliformis, ex angusto in latum instar cornu venatoris expansus ; superior pars supra reliquas eminent, formatque quasi galeam : ex calice autem ad basin usque ut plurimum secto surgit pistillum, posticæ floris parti adinstar clavi infixum, & quatuor veluti stipatum embryonibus, qui deinde abeunt in totidem semina viperini capitis æmula, quæ in calice ipso longè ampliato maturescunt ; undé herba viperina dicitur : vel quod contra ferarum iictus sint utilia semina : vel quod florescit planta capitulis viperæ similibus, *κινητος* enim & *χιλια* viperæ est. B. *Slangen-hooft* / *Slangenkruid*. G. Wild Ochsen-zung. Gall. *Herbe aux vepres*, *Buglossa sauvage*. A. Vipers Bugloss.

ECLEGMA, sive **LINCTUS**, quem *Arabes Lohoch & Lohoch* sic appellant, aliis *Illinctus*, & *κινεκτόν* est Medicamentum internum, quod consistentia inter syrum & opiatum medium est, ex variis thoracis adversus asperæ & pulmonum affectus, ut lingatur, concinnatus, ab *τελείχια* lingo, lambo. B. *Een likking* / *slisking* / *slit-markt*. G. Eine latwerge, lecksäfft. Gall. *Elegme*. A. Lambitive or Lohock.

ECLIPSIS, est animi defectus : Idem quod *Ectyfis* ; ab *ἐκλειπω* deficio.

ECLYSIS, *Animi Defectus*, ab *ἐκλύω* delinquo. Vide *Deliquium animi*.

ECPHRACTICUM, est Medicamentum incidens & deobstruens. Vide *Attenuantia*, ab *ἐκφράσσω* deobstruo.

ECPHRAXIS, est alicujus partis, per Medicamenta incidentia deobstructio, ab *ἐκφράσσω* deobstruo.

ECPHYESIS, est efflatio vel exspiratio consertim facta, ab *ἐκφυσώ* efflo. A. Vid. Efflatus.

ECPHYSIS, vide *Apophysis*. Item *Duodenum* significat. Vide *Dodecadastylum*, ab *ἐκφύω* exresco.

ECPIESMA, est succus expressus. Item feces quæ ab expresso remanent. Item Calvariae fractura, in qua partes cranii fractæ, meninges premunt, ab *ἐκπίλω* exprimo.

ECPIESMUS, est quædam expressio, sed maximè oculorum protuberantia, ab *ἐκπίλω* exprimo. B. *Een uitwyking der oogen*. E c.

ECPLEXIS, est perterrefactio seu stupor, ab *terro* perterrefactio. B. *Verbaastheid* / *Verschrikking*. G. *Erschrecknuss*, Erstarrung. Gall. *Epouante*. A. Sudden fear or astonishment.

ECPNEUMATOSIS, vide *Exspiratio*.

EPTOSIS, idem quod *Excidentia* & *Luxatio*, ab *expansio* excido.

ECPYCTICA, sunt Medicamenta condensantia, Idem quod *Incrassantia*, ab *expansio* condenso.

ECPYEMA, idem quod *Empyema*, ab *expansio* ex, & pus.

ECPYESIS, vide *Ecpyma*.

ECRHYTHMUS, est pulsus, qui nullius ætatis rhythmum seu modulum observat, ab *irregulari* ex, & *modulus*. B. *Een onregelde pols*. G. Ein unordentlicher puls. Gall. *Le pouls aeréglé*. A. An irregular pulse.

ECSARCOMA, idem quod *Hypersarcosis*, ab *ex*, *ex*, & *caro*.

ECSTASIS, est delirium sive mentis commotio, sive fuerit cum silentio, sive cum furore, interdum vigilie adsumt, interdum coma, ab *excitatio*, graviter deliro. Dicitur etiam is, qui ita uni rei meditandæ intentus est, quasi in cælum esset sublatus. B. *Bupten zyn zelven zyn*. G. Erstummung, erstarrung. Gall. *Extase*. A. A ecstasy, a trance, a swooning.

ECTASIA, cutis est quædam in longitudinem & latitudinem extensio, ab *extensio*, extendeo. B. *uitrekking* der huid^s. G. Aufzpannung der haut. Gall. *Extension de la peau*. A. a of Stretching of the skin.

ECTHILIMMA, est ulceratio, à violenta compressione, in cutis superficie oborta, ab *exprimo*.

ECTHYMATA, sunt pusculæ, sive cutis quædam efflorescentiæ, ut in Variolis, &c. ab *exhalo*, exhalo, evapo-ro. B. *Puisken*. G. Ein Blatter. Gall. *Ampoulles, Boutons*. A. Wheale, or push in the Skin.

ECTOPROTICA, sunt Medicamenta purgantia, at quæ tam leniter stomachum & Intestina modo stimulant, ut hæc intus contenta tantum reddant, id est, sterlus naturale expellant. B. *Zagte purgeer-middelen*.

ECTILLOTICA, sunt Medicamenta, quæ callos & clavos absument, crinesque evellunt, ab *extirpatione* evello. B. *Weer verdryvende middelen*.

ECTOME, idem quod *Exstirpatio*, ab *extirpatione* exscindo.

ECTROPIUM, est vitium palpebrarum, quando inferior palpebra brevior est superiore ut oculum claudere non possit, item genæ &c. aut ejus inversio, ab *extroptia* evenio. B. *Intrekkinge der oogen of wangen*. Gall. *Erailement des paupieres*.

ECTROTICA, sunt Medicamenta quæ abortum inferunt, ab *introductione* abortio. B. *Misval naakende diagen*. G. Unzeitige geburt vereursachende mittlen.

ECTYLOTICA, sunt Medicamenta callum consumentia, ab *extoxicatione* & *toxæ* callus.

ECZEMATA, sunt pustulæ rubicundæ fervidæ, & flammæ; quidam Hydroa pro Eczemate, sed malè, sumunt, ab *extremo effervescō*. B. *Duurige puisten*. G. Feuer bläterlein. Gall. *Amponille ardente*. A. Burning or red pushes.

EDULCORATIO, & **DULCORATIO**, dicitur, quando calcinatâ sale gravidâ, aquâ (ut plurimum calida) abluitur, quâ ablutione sal inibi contentum aquæ immiscetur. Vel dulcorare etiam dicitur, quando potionis, addito faccharo aut syrups convenientibus, gratiore reduntur. B. *Afzoeting*. G. Suefmachen. Gall. *Adoucissement*. A. A making sweet, or edulcoration.

EFFERVENTIA, ab **EFFERVERE**, est subitus & intellitus inter sales oppositos ut alcali & acidum, interveniente aqua, cum tendentia ad mutuam destrunctionem, motus, quem nonnunquam calor aut flamma subsequitur, ut in calce viva, fecino madide reposito, & miscelis Chymicis. B. *Opgestinge / opbruising / opwelling / opziedinge*. G. Das aufflieden, auffkochen. Gall. *Effervescence*. A. Idem.

EFFLATUS, est valida aëris ex ore cōardato expressio, quod fit per musculos abdominales, viscera ibi contenta fūrsūm, adeoque Diaphragma in Thoracem prementes, & sic Aërem in Pulmonibus contentum expellentes, clauso interim foramine narium per velum pendulum palatinum. B. *Blaazinge*. Gr. *κυφόνοις*. Gall. *Sonfflement*.

EFFLORATIO, sive **EFFLORESCENTIA**, idem quod *Exanthema*.

EFFLORESCENTIA, idem quod *Exanthema*.

EFFLUVIIUM, idem quod *Aporrhæa*.

EGES-

EGESTIO, idem quod *Dejectio*.

EJACULATORIA, EJACULANTIA VASA, vide
vasa deferentia.

EJECTIO, idem quod *Dejectio*.

EISPNOE, idem quod *Inspiratio*.

ELÆA, olea, à λαὶ lævis, quia ejus oleum læve est
& glabrum.

ELÆAGNUS, ejus nomen diversis imponitur arbustu-
lis, ex ιαλα olea & ἄγνη Castus, hinc Agnus castus ita
appellatur. Ego tamen imaginari nequeo, unde ιαλα ἄγνη
nomen acceperit, quum nec facie, nec flore, nec folio,
nec fructu ullam cum oleo similitudinem habet.

ELÆOSACCHARUM, oleum est stillatium cum fac-
charo mixtum, inter terendum pauxillum vitelli ovi re-
centissimi, purissimi, intermisceri potest tam faccharo
quam oleo, ut reductio olei in aptiore miscendo formam
facilius abeat; sed tum mixtum non potest tamdiu servari
sine rancidine ex ιαλα, oleum, & faccharum. B. Geo-
Ipde suiker. G. Zucker mit Oele. Gall. Sucré buileux. A.
Oil and sugar mingled together.

ELÆOSELINUM, seu ELEOSELINUM, est Apium
palustre, ex ιαὶ palus, & σιλινο apium. Hinc etiam ap-
pellatur γερσέλινος, sive *Apium aquaticum*.

ELAPHOBOSCUM, est pannica, ab ιαφω cervus,
& βοῶ πασco, quasi cervi pabulum; quod cervi eam
plantam primum demonstrarint: hoc enim pabulo cervos
serpentibus resistere, fama est.

ELAPHOSCORODON, est cervinum allium, ex ιαφω
cervus, & σκόρδον allium.

ELASTICA VIS, est fibrarum solidarum corporis ani-
malis virtus quedam, quâ distracte per causam cedunt,
renuntur, nec solvuntur & causa cessante, sponte se in
pristinum statum restituunt. B. De verrende kragt. G.
Elasticitat. Gall. Le Ressort. A. An elastick force.

ELATE, est abies, dicitur παρὰ τὸ ιανόν, οἰστὴν οὐθὲ
ἀνατάσθια, quod in præcelsam proceritatem affingat.

ELATERIUM, strictè est succus ille viridis, luridus,
& viscosus, ex fructibus maturis cucumerum sylvestrium
vel suā sponte vel leni compressione emissus, collectus,
& inspissatus, qui veterum est elaterium: vel ex tota
planta expressus, coctus, inspissatus in spissam duramque

consistentiam redactus ; coloris fusci , instar extracti ; sa-
poris amari , nauseosi & vinosi . Sed latè erit item omne
Medicamentum forte , quo alvus purgando subducitur ,
ab *ixalva* agito , expello . B. Ein sterke purgernd-mit-
tel von waldt Cucummern . Gall. *Le Suc de Concombre*
sauvage. A. The jugace of wild Cucumbers .

ELATINE , quibusdam Veronice , quibusdam Helxi-
nes species , forte quasi *μικρὰ ἐλαττων εἰλέγον* , parva seu mi-
nor Helxine .

ELCTICA , vide *Attrahentia* , ab *ελκω* traho .

ELCUS , vide *Helcus* .

ELEAGNUS , idem quod *Elæagnus* .

ELECTRUM , vide *Succinum* .

ELECTUARIUM , ab ELECTIONE , dictum , est
confectio ex speciebus , pulpis , gummis , syrupo vel mel-
le excepta , consistentia conservæ instar crassâ . Estque
simplex vel *compositum* . Simplex tantum ex pulpa cassiae ,
tamarindorum , vel prunorum constat : Compositum vero
ut plurimum ex speciebus , pulpis , succis condensatis ,
gummis , &c. quæ melle vel syrupo excipiuntur . Elec-
tuaria sunt digerentia , laxantia , purgantia , confortan-
tia , alexipharmacæ &c. B. Electuarien / te samen ge-
stelde conserven . G. Ein aufz gepréster saft , lathwerge .
Gall. *Un Electuaire* . A. An Electuarie .

ELEMENTA , seu PRINCIPIA , sunt corpora sim-
plicissima , quæ nec ex se invicem sunt , neque ex aliis ,
sed ex quibus sunt omnia , & in quæ resolvuntur . Ele-
menta quibusdam Chemicis dicuntur quinque , *Spiritus* ,
sal , *sulphur* , *aqua* , & *terra* , quorum postrema duo pas-
siva , cætera activa dicuntur . Alii enumerant tria , *Salem*
nempè , *Sulphur* & *Mercurium* , minus tamen recte . Pe-
ripateticorum Schola quatuor existere , docet , *Ignem* sc.
Aërem , *Aquam* & *Terram* . Verum isthac elementa om-
nia sunt ex aliis composita , propterea ex eorum Elemento
quippam constare , idem est quasi dices , arborem ex
radice , trunco , ramis , foliis , floribus &c. esse composi-
tam . Omnim simplicius incedit *Cartesius* , qui materiam
constituit *Primam* , *Secundam* & *Tertiam* , hoc est lumen
emittens , idem transmittens , & idem reflectens . Vide
tractatum nostrum de Fermentatione . Gr. Στοιχεῖον . B.

De Elementen / hooft-stoffen. G. Ein Element. Gall. *Elemens.* A. The first principles or elements.

ELEMNI, gummi five resina , aut Lachryma pellucida, albicans, cum flavis particulis mixta , in massam redacta, suavem accensa halans suffitum odorem , venit ex Æthiopia, ubi ex arbore manat, quam oleum nonnulli volunt , alii cedrum, alii aliam arborem. Dicitur & *Elemni*.

ELEMNI, idem quod *Elemni*.

ELEOCHRYSON, & **HELEOCHRYSON**, recentioribus Botanicis ελέχρυσον & ελεοχρυσόν vocatur ; forte ἐλεοχρύστης Plinii. Planta est, quæ habet caulem in multos ramos divisum, lignosum, lanuginosum, album, pedem vel sesquipedem altum , habentem parva folia villosa , albescentia : gymnomo sperma est flore flosculoso aureo & calyce aureo, unde nomen ἀπὸ τοῦ ελῆν & χρυσός, quod color ejus sit instar Solis, & Auri : dicitur hinc coma aurea, & stæchas citrina. Gall. *Immortelle*, ou *Amaranthe jaune*.

ELEOSELINUM, idem quod *Elæoselinum*.

ELEOSACCHARUM, vide *Elæosaccharum*.

ELEPHANTIASIS ARABUM, de quo morbo , ne verbum quidem fecerunt Græci; Arabes ejus mentionem passim faciunt , quæ varicibus cognata est , atque ex ictis ortum habet , & tantum pedum tumor est. Agit de hoc *Avicenna* ubi de Varicibus tractat : Rhases dissentit tamen ab his, & Græcos sequitur *Haly Abbas*, qui Elephantem dicit esse morbum omnia corporis membra corruptem , & quasi cancrum univeralem. Verum nec ipse fibi constat, cum scribit : Ulcera , quæ in pedibus & cruribus fiunt , *Elephas* vocantur. Et *Elephanticus* morbus apostema est melancholicum, quod in cruribus & pedibus appetet, & ejus signum est, quod pedis figuræ similes fiunt. Reliqui omnes seorsim de lepra & elephantia agunt , & elephantianum pedum tumorem esse dicunt à sanguine melancholico & pituitoso & varicibus ortum , ob quem pedes ægri pedibus elephantis figura & crassitie similes fiunt. Atque tumoris hoc genus in mendicantibus sœpè compicitur , qui in viis publicis stipem petendo viatum quaerunt. B. *Laseri* / *Melaatsheid* / *Elephant's ziehle*. G. Ein Kranckheit wie der aufsatz, oder Maltzey, schuppeche Haut. Gall. *Ladrerie*, *Lepre*. A. The Leprosie.

ELEPHANTIASIS GRÆCORUM, quam *Arabes* le-

Y 4

pram

pram vocant. Appellatur autem *Elephas & Elephantiasis*, & *Elephantia* ab elephante, ob similitudinem quam hic morbus habet cum elephante: nimurum, ut nonnulli putant, quod eo morbo laborantes magni ut elephantes, fiant; quae inepta est notatio, cum elephantiaci non maiores fiant, nisi quis non magnitudinem corporis elephantiasis laborantium, sed morbi magnitudinem respiciat, vel quod malum in cruribus serpens, efficiat ea elephantis ritu ferè rigida & æqualia: vel quod inter alios morbos vehemens, ac validus sit veluti elephas, vel quod membra & cutis tumida, scabra, rugosa, tuberosa, & inæqualis, ut elephantum reddatur. *Galenus* de tumoribus cap. 14. malum hoc cum incipit, etiam ~~σαρξιασθενες~~ nominari scribit, eo quod facies similis Satyrorum faciei reddatur. Nam labia sunt crassa, nasusque tumet atque ideo depresso apparet, aures tabescunt, maxillæ rubore persunduntur, in fronte hinc inde tumores quasi quedam cornua apparent; quanquam alii ea etiam de causa ~~Σαρξιασθενες~~ hoc malum nominari censemant, quod in orsu valde libidinosi sint, quoniam videlicet mala faciei iisdem cum rubore attolluntur, & musculis maxillaribus veluti convulsionem patientibus, mentum ipsum dilatatur, quemadmodum etiam ridentibus evenire solet, similitudine quadam ad picturas Satyrorum, quos ~~απὸ τοῦ στραγείου~~ *Cel. Rhodiginus* ita nominatos putat, quod ore hiante labiisque diductis instar ridentium cantent & ludant, vel ut nonnulli, quod Satyrus in Venerem propensione & libidine similes sint. *Celsus* ita describit, totum, *inquit*, corpus afficitur, ita ut ossa quoque vitiare dicantur: summae partes corporis, crebras maculas, crebroisque tumores habent. Rubor horum paullatim in atrum colorem convertitur: summa cutis inæqualiter crassa, tenuis, dura, mollisque quasi squamis quibusdam asperatur, corpus emarcessit, os, suræ, & pedes intumescunt. Ubi vetus est morbus, digiti in manibus pedibusque sub tumore conduntur, febricula oritur, quæ facile tot malis obrutum hominem consumit, nobis sic observatur.

ELEPHANTIASIS, sive LEpra & LEPROSIS, ut plurimum morbus cutaneus est, primò constat ex tuberibus in facie, malis, fronte, pectore, brachiis & circa coxas. Colore sunt livido ut cancri, absque tamen dolore,

mo-

mobiles sunt; cum ita adveniunt, hujus morbi certum signum est & præsigium, nam semper cum ipsis tuberibus incedit. *Secundò* in faucibus ad linguæ radicem tubercula sunt, ut in grandinosis porcis apparent; eorum color flavidus est vel lividus, quæ sunt certa lepræ signa. *Tertiò* definiunt in ulcerationes planas & latae, raro cuto profundiores, cum labiis duris & tumidis, & quod mirum est sine dolore, & serpunt, & si in uno loco fanentur, in altero denuo renascuntur, digitos manuum ac pedum vulgo occupant, internodia quoque & loca plana, item cubitum aliaque loca. Ulcerationes hæ certum præbent indicium, sed quia leprosi simulant, illam plagam ab adustione provenire, ad similia signa quoque attendendum est. Notatu denique dignum, huic ulcerum generi, immo & in tumoribus nullum adesse dolorem aut sensibilitatem, si acu pungantur. *Quartò*, ulcera quoque in ipsis naribus inveniuntur, quibus integer nasus cum ossibus sèpè depascitur: Denique ipsum palatum non intactum relinquunt tantum, verum & uvulam & asperam arteriam invadunt, undè & tandem vitam deponunt. *Quintò*, circa narium & aurium extremitates intumescens est, cum incrassatione & extensione. *Sextò*, pellicula adeat, quæ tota obducitur oculi pupilla. *Septimò*, totius cutis scabrities conspicitur, quæ quasi intumescit sicca redditur & scabra, rimas agit & fissuras patitur: Obducitur squamis furfuribusque caput, praesertim & cilia; cutis porrò pallida est, flava item, livida, & colore vivo orbata. *Octavò*, decidunt capilli, barba, sive quod pili rarescant, sive quod pili ex ciliis enascentes consumantur. Ungues denique sinduntur, intorquentur, & ut brutorum ungulæ eodem modo excrescent. Postea quidem musculi & praesertim respiratorii aliquatenus mutilantur, idque propter tubera & exulcerationes: Lingua fit rauca, ob pelliculam visus amittitur, nec non & sensus tactus ob tubera & exulcerationes: & si contingat, circa extremitates fit. Post aliquot tempus, postque plurimas intumescencias, vasa sanguinea ita coarctantur, ut si acus immittatur, nullus sanguis, sed saries effluat. Fœcundi sunt & ad coitum ardentiores, quia à coitu prohibentur. Atque hæc sunt ~~paroxysma~~ que nobis elucescent de hisce videatur Aretæus. B. Lazeri / Gli Phantsg. ziekte. G. Ein Kranckheit wie der aufzatz, oder

Maltzey. Gall. *Ladrerie*, *Lepre*. A. The Leprosic.

ELEVATOR, idem quod *Elevatorium*.

ELEVATORIUM, ab elevando dictum, est instrumentum Chirurgicum, quo crania depresso levantur. B. *Een Hef-boom / been-hester / hef-tuig*. G. Ein Aufsheber. Gall. *Elevatoire*. A. An elevator, a chirurgicks instrument.

ELICHRYSON, idem quod *Eleocryson*.

ELIXATIO, est, quando res coquendo emolliuntur. B. *Koelinge / opziedinge*. G. Auffiedung. Gall. *Elixiation*. A. Seething or boiling.

ELIXIR, dicitur ab Arabica voce *Eleschir*, sive *Elieschir*, sive *Aleschis*; quibusdam ab ελεύθερον traho, aut ab ελίω auxilior, estque tinctura seu essentia alicujus rei, per spiritum vini aut aliud simile menstruum, extracta; idem est quod *Tinctura*. B. *uitreksel*. G. Quintessentia, Elixir. Gall. *Extract*, *Elixir*, *Quintessence*. A. Elixir, the quintessence, of any thing.

ELLEBORUS, HELLEBORUM, Melampodium seu VERATRUM, dantur duas species, albi & nigri, Helleborus niger; est planta, quae habet caules ex radice erumpentes, longos, rotundos, succo plenos, punctis purpureis instar serpentariae notatos, horum singuli habent novem folia ut plurimum digitata, fatis firma & crastla, viridissima, polita, in margine incisa; flores instar Rosae expansi sunt, ex horum meditullio surgit pistillum plurimi corniculis inter stamina & petala jacentibus cinctum circa basim, quod abit in fructum, in quo velut in capitulum colliguntur vaginæ membranaceæ, in cornu plerumque desinentes, secundum longitudinem dehiscentes, seminibus fætæ plerumque subrotundis vel ovatis: radix tenuis, fibrosa, nigricans, ex uno capite prodeuns, saporis acris pungitivi, amari, nauseosi: est illud famosum purgans Hippocratis; nomen accepit ἐλέυθερον τῆς βοῶς, quod esu perimat, cibumque corporis eripiat: ελεύθερον enim est Capere, & βοῶς pabulum, esca. Hinc quoque Elleborastrum, & Elleborine derivantur. Helleborus albus differt à nigro, quod corniculis careat, & semen habeat marginatum, & radicem albam: *Elleborine* cognominatur à foliorum cum Ellebore albi potius similitudine quam ab effectu. B. *Nies-kruid / Heilig kerst-kruid*. G. Niefzwurtz. Gall. *Ellebore*. A. Snees-wort, Bears-foot, Christmas-flower, Hellebore.

EL.

ELMINTHES, & HELMINTHES, sunt vermiculi parvi, in intestinis, praesertim recto, geniti, ab *λαμπτίαις* *μικρούς* lumbricos patior. B. *Maepen*. G. Wuermleins. Gall. *Vermine*. A. Little Worms.

ELODES & HELODES, febris continuò affligens cum maximo sudore, ita ut ægri ob humiditatem in paludibus degere videantur, & exinde penè exsolvantur. Fortè erit species *Sudoris Anglici*, ab *λαστί* palus, & *ειδώ* forma. B. *Zweet-hooftz*. G. Das Schwits Fieber. Gall. *Fievre Suante*. A. The Sweating-feaver.

ELONGATIO, Gr. *παρεπέμψη*, est luxationis imperfectæ species, quando ligamentum alicujus articuli tantum elongatur, ita ut os ex junctura non prorsus exeat. B. *uitrekking / verlenging*. G. Verlengung. Gall. *Alongement*.

ELUXATIO, idem quod *Luxatio*.

ELYMOS, est panicum, ab *ελιά* (fortè) involvo, quod ejus semina involucris involvantur, vel ab *ελι*, à calore solari, quem amat.

ELYTHROIDES, vaginalis dicta, est tunica propriarum prima, darto nexa virilemque testem vaginæ n modum includens, à peritoneo producta, sive capsula, quæ includuntur vasa spermatica; singulo testiculo privatam vaginam concedit ab *ελυθρό*, vagina, involucrum, & *ειδώ* forma. B. *Schredt-üließ*. G. Hod-sack, ein haut bedeckende die hodlein. Gall. *Tunique Vaginale*. A. The Vaginal coat of the womb.

EMBAPHIUM, sive acetabulum, aut vasculum, quo Medicamenta aut alimenta induntur, vel mensurantur. Item vas in quod intingitur, ab *εβ*, in, & *βέντω* immergeo, intingo. B. *Een Bakrhen*.

EMBASIS, est balnei species, in quo quis aqua calida lavatur, ab *εμβάσιν* ingredior. B. *Een Bad*. G. Ein Bad. Gall. *Bain*. A. A sort of an hot bath.

EMBROCACIO, idem quod *Embroche*.

EMCROCHA, idem quod *Embroche*.

EMBROCHE, seu irrigatio, instillatio, stillicidium, fermentationis genus est, quando humor ex alto, pluviaë instar, in partem aliquam destillatur, que sit vel prolatione ex vasculo proboscide inclinata, vel destillatione, vel ex gutturnio. Adhibetur Primo super futuram coronalem,

nalem, in cerebri intemperiebus, finiturque humor per sagittalem futuram decurrere. Secundo ad principium spinalis medullæ in nervorum morbis, tiniturque humor per totam spinam defluere. Tertio ad calefaciendum vel exsiccandum ventriculum, finiturque materia per totum abdomen excurrere, si intestina quoque imbecillia sint, hepatis ceratum sanguinum applicatur, quum ejus incensio metuatur. Embrocharum materia est aqua communis thermarum, decoctum ex herbis, lac, oleum, prout partis affectus & necessitas requirat, aliis est fomentationis species, quæ sit, quando calida manus parti affectae impunitur; vel quando spongia, stupa convenienti liquore repleta, adhibetur, ab *μορίχῳ* intingo.

EMBRYON, est rudimentum foetus in utero materno, ab *μορίῳ* pullulo. B. *Een onvolwasse vrucht*. G. Unzeitige Frucht, das Kind in Mutterleibe. Gall. *Embryon*; German. A. The rudiment of a child, or an embryo.

EMBRYOTHLASTES, Chirurgis instrumentum est usuale, ad contundenda ossa in extrahendo foetu accommodatum, ab *μορίῳ* fetus imperfectus & *θάνατον* contundo. B. *Een instrument om een kind af te halen*. G. Eine Haek. Gall. *Un Crochet*. A. A Crochet.

EMBRYULCUS, uncus ferreus, foeti extrahendo destinatus, ab *μορίῳ* fetus imperfectus, & *τρίποντα* traho. Idem quod *Embryothlastes*.

EMBRYOTOMIA, est foetus dissecatio anatomica, ex *μορίῳ* fetus rudimentum, & *τρίποντα* feco. B. *De ontleding van een onvolwasse Vrucht*.

EMETICUM sive **VOMITORIUM**, est Medicamentum, quod particulis suis irritativis Ventriculi fibras versus superiora contrahit, & quicquid Ventriculo contentum molestum est, per os expellit. Conficitur ex decoctis, tinturis, infusionibus, &c. ideoque ut plurimum in liquida forma propinatur, licet in pilulis, pulveribus &c. etiam ægris porrigitur, ab *ιπίῳ* vomo. B. *Een bzaak-drank / bzaak-middel*. G. Spey-tranck. Gall. *Vomitif, emétique*. A. A vomit or an Emetick, Medicine.

EMETOLOGIA, est descriptio de vomitoris, ab *ιπίῳ* vomo, & *λόγῳ* sermo. B. *Beschryving van de bzaak-middelen*. G. Beschreibung der Spey-trancken. Gall. *Une description des vomitifs*. A. A Description of a vomit.

EME-

EMETOS, vide *Vomitus*, ab *εμίω*, vomo.

EMMENAGOGA, sunt Medicamenta menses mulierum subsistentes, vel non satis fluentes scientia, ex *ιν*, *εν*, mensis, & *αγω* duco. Hoc est quod intra spatium unius mensis sit. B. *Dicendwekkende middelen*.

EMMENIA, idem quod *Catamenia & Menses*, ex *ιν*, *εν*, & *μένσις* mensis.

EMMOTON, est Medicamentum liquidum, quod penicillis vulnerariis vel linteo concerto exceptum, pusulis aut ulcerum sinibus injicitur, ab *ιν*, & *μότος* linteum quod vulneribus inditur. Hinc *μοτία* indo tale linamentum.

EMOLLIENTIA, ab *Emollire*, seu *Μαλαντία*, sunt, quae calefaciendo, dissolvendo, dissipando & penetrando, partes solidas molles reddunt, à *Μαλάνων* emollio. B. *Verzägtende dingen*. G. Erweichende mittlen.

EMPASMA, est pulvis astringens, halitum ex ore fetidum corrigens, vel qui nimium sudoris effluxum cohibet, idem quod *Catapasma*.

EMPEIRIA, seu EMPIRIA, vide *Empirica*, est experientia in arte medica observationibus ablique ratione innixa, ex *ιν*, & *πειρα* experientia. B. *Erbaring*. G. Erfahrung. Gall. *Empirisme*. A. Experience, practise.

EMPETALON, idem quod *Eupetalon*.

EMPETRON, vide *Saxifraga*.

EMPETRUM est frutex, qui habet caules ramosos, flexiles, lignosos, repentes, valde extensos, cortice fusco rubicundo instructos: folia sunt parva, oblonga, habitus *Ericæ*: flos mas, apetalus, staminibus constans: fructus alio loco plantæ natus baccae similis est, fetus feminibus osseis & cartilagineis: radix lignosa, dura: haec planta crescit in montibus & locis Saxosis, ab *ιν* & *πετρ* Saxum.

EMPHRAXIS, est obstructio in quacunque parte facia, ab *ιμφράσω* obstruo. B. *Verstopfung*. G. Verstopfung. Gall. *Obstruktion*. A. A Stopping, or obstruction.

EMPHRACTICA, sunt, que poros obstruunt, ab *ιμφράτω* obstruo. Idem quod *Emplattomena*.

EMPHYSEMA, est inflatio, ab aëre hospitante in aliqua cavitate, ut in tympanide, vel in cellulis panniculi adiposi ubicunque loci, vocatur etiam Gr. *Εμφυσματός* ab *ιμφύσω* inflo. B. *Ophlazinge*. G. Das aufblasen, schwellen. Gall. *Enflure*, *Empiseme*, *bou-Soufflure*. A. A Puffing up. E M-

EMPHYTON THERMON, est calidum imatum, seu calor ex parentum semine primò in *fatu feminatus*, qui postea, inchoata, respiratione & fieu per se subtilente, sensim perit. Calidum hoc, cum Philosophum Medicum *Spiritum insitum & nativum* nominant, & ex tribus constare partibus afferunt, videlicet ex *Humido primigenio, insito spiritu, & calore*. Unde *Fernelius* definit calidum innatum, quòd sit *humidum primigenium, insito spiritu, & calore undique perfusum*. Verum isthac Veterum nomenclatura nihil ad nos pertinet: calidum enim illud, locum duntaxat habet in recens natis. Quodque inspirando & alimenta sumendo perennatur, ab *infusis* innascor, & *equivalvo* calefacio. B. **De ingeboren warintc.** G. Angebohrne, eingepflanzte wärme. Gall. *Chaleur naturelle, née.* A. The innate heat.

EMPIRICA MEDICINA; vide *Emperioria*. Sed præter hanc secta olim fuit in Medicina, cuius Author fuit *Acyon Agrigentinus*, juxta alias *Serapion*; qui neglectis rationibus, posthabitaque rerum investigatione & Anatomie, solis experimentis nitebantur, & in incognitis morbis ad similes affectus & similia remedia consurgiebant. Floruit hæc secta potissimum apud *Ægyptios*, apud quos teste *Herodoto*, singuli morbi singulos ferè Medicos habebant. Progressu autem temporis homines experientia rationem addere studebant, & ita paulatim ante *Hippocratens* apud *Cnidios*, *Rhodios* & *Coës* nova secta subnasci coepit, quæ primò dicta fuit *Dogmatica seu Rationalis*, ab *Luxaçō*, tento. B. **Proefkundige Medicynē.** G. Probierte und bewehrte artzney. Gall. *Medecine Empirique.* A. Quack Medicine.

EMPIRICI, sunt Medici, qui in curandis morbis experimentis solummodo contenti sunt, neglecta ratione. Vide *Empirica Medicina*. B. **Quakzalvers / Landloppers.** G. Ein Landsährer. Gall. *Medecins empiriques* & *Charlatans*. A. Mountebanks, or Empericks.

EMPLASTICA, idem quod *Emplattomena*.

EMPLASTRUM, est Medicamentum topicum, quod linteo, vel pelli tenui inductum, cuti applicatur, eique tenacius adhaeret. Componitur vulgo ex oleis, aut iis, quæ olei consistentiam ferè habent, qualia sunt axungiae, medullæ, butyrum, mucilaginiæ; item ex pulveribus, & cera,

cera, aut iis, quæ ad ceræ consistentiam accedunt, ut resina, pix, gummi &c. cuius massa adhuc calida in teretes & longas figuræ five magdaleones cylindraceas formatur, ab *ιυπλάσσω* singo, formo, illino. B. *Zalf/ Pleister.* G. Pflaster. Gall. *Emplastre.* A. A Plaster.

EMLATTO MENA, seu **EMPLASTICA**, & *Εμπλαστικα*, sunt medicamenta, quæ applicata corpori humano, illi sua tenacitate adhaerent, meatusque externos ingrediendo constipant simul, id est, perspirationem istius partis unâ impediunt, ab *ιυπλάσσω* illino. B. *Medicyne dicte zweetgaten stopt.* Gall. *Remedes, qui empêchent la transpiration.*

EMPNEUMATOSIS, five **INSPIRATIO**, est adductio Aëris per os, nares, glottidem, tracheam, in Pulmones, quâ Pulmonales velicæ expanduntur, & ab invicem recedunt, causam habens Thoracis dilatationem, per musculos Subclavios, Intercostales, & depressionem diaphragmatis deorsum in abdomen: per inspirationem conciliatur valis pulmonalibus libertas aperturae pro fænguine à Corde dextro appulso. ab *ιυπνίω* inspiro. B. *Inademing.* G. Das Athem holen. Gall. *Inspiration.* A. An Inspiration.

EMPROSTHOTONOS, est convulsio cervicis & reliqui corporis versus anteriora, ita ut mentum pectori applicetur & femora ventri, cum rigore, qui aliquando hanc insolitam figuram retinet, ab *ιυπερθόντι* anterius, & *reīω* tendo. B. *Door-overtrekking/ halgs-spanning-vooz-waarts.* G. Das spannen des hinter theils am halz. Gall. *Especie de convulsion.* A. A Convulsion in the fore part of the body.

EMPYEMA, propriè dicitur puris in thoracis cavitate collectio, sed si latius sumatur, etiam pro pure in abdomine, aut alibi collecto accipi potest, dicitur & *Ecpyma*, & *Ecpyfis*, ab *εν* intus, & *πούς* pus. B. *Een etterbuost.* G. Eyer-brust, eyterige materie im brust. Gall. *Empyeme, Apofstume soit dans la Poitrine, ou dans le bas ventre.* A. An impostume in the cavity of the breast.

EMPYREUMA, adustum quid significat, quando aquæ recens destillatae ingratum odorem & saporem habent, vel est crassamentum illud viscidum, quod in aquis destillatis ad fundum subsidet. Item olea adusta, *Empyreuma oleræ dicimus.* Item reliquæ alicujus febris post paroxysmum, ab

ab *iμενγέω* accendo. B. *Verbrandheid*. C. Das anbrennen. Gall. *Empyreume*, qui sent le brûlé. A. Any Thing that tafts, as it is were burnt.

EMULGENTIA VASA, sed melius *Renalia*, dicuntur venæ & arteriæ, quæ renes subeunt. B. *Pier-vaten*. G. Nieren-fäse. Gall. *Vaisseaux emulgens*. A. The reins of emulgent vessels.

EMULSIO, ab **EMULGERE**, est Medicamentum potulentum, lacticis colorem æmulans, ex seminum quorundam & aliorum expresso oleo cum affuso commido liquore validè agitando educto, compositum, cuius colatura syrapi, laudanum, &c. adjiciuntur. B. *Een melkje*. G. Ein Emulsion, ein tranck wie milch. Gall. *Emulsion, lait d'Amandes*. A. Idem.

EMUNCTORIA, sunt cavitates, in quibus aliquid excernitur, ut nares pituitam recipiunt: aures humorem sanguinum crassiusculum: alvus excrements alvina: vesica urinam, &c. B. *Ontfang-huizen*. G. Hæhlen darin sich die feuchtigkeit sammlet. Gall. *Emunctoires*. A. Emunctory vessels.

EMUNDANS, Medicamentum est, quod externè applicatum, deterget & abluit simul per vehiculum aquum, quod externe ulceribus vel vulneribus adhaeret. B. *Zipverend middel*.

ENÆMON, est Medicamentum sanguinem fistens, vel quod astringendo, refrigerando & exsiccando meatus vañorum apertorum claudit, sanguinis fluiditatem, motumque vehementiorem imminuit, vel fistit, ex *iv* in, & *viii* fängis. B. *Een bloedstempend middel*. G. Blut stillende Mittlen. Gall. *Remede qui Etanche le sang*. A. A Medicine to stop bleeding.

ENÆOREMA, sive **NUBECULA**, aut **NUBES**, est crassamentum illud, quod urinæ innatat, vel in urinæ medio suspensum continetur, ab *ναρέω* in sublime attollo. B. *Die wolken in de pig*. G. Die wolcklein schwebende mitten in dasz wasser. Gall. *Petite nuée dans l'urine*. A. The contents that swim in the middle of the urine.

ENARTHROSIS, est articulatio, cum cavitas excipiens profunda admodum, & caput quod in eam inseritur, oblongum est. Atque hæc conspicitur in femore & acetabulo, quod Iischio vulgo tribuitur, ab *vii* in, & *x*.

τερητος artus. B. *Tulceding*. G. Gliederung. Gall. *Enarthrose*.
A. An inarticulation.

E N C A N T H I S, est caruncula lachrymalis, sive excre-
centia spongiosa, glandulosa angulorum oculi interno-
rum, ex *ιν* in, & *κανθητος* hirquis. B. *Het Traan-kliertje*.

E N C A T H I S M A, idem quod *Infessus*, ab *ιν* in, *κατω*
infra, & *ξηρως* sedeo.

E N C A U M A, seu **I N U S T I O**, in aliqua parte non tan-
tum significat. Sed etiam oculi ulcus, cum crusta foeda in
nigro aut albo post febrem saepè excitatum. In nigro pro-
fundiùs quam in albo, undē & humores sensim emanant,
& visus extinguitur, ab *ιγνασιος* inuro. B. *Anbzandung*.
G. Einbrennung. Gall. *Ulcere folido*. A. A Burning in-
ward.

E N C E P H A L O S, est, quocunque cranii meniis con-
cluditur; ut cerebrum, cerebellum, medulla oblongata,
corpus callosum, corpus striatum &c. ab *ιν* in, & *κεφαλη*
ad caput. B. *Het herszen gestel*. G. Das hirn. Gall. *Cer-
veau*, vel *Cervelle*. A. The brain.

E N C H A R A X I S, vide *Scarificatio*, à *χαρακω* scarifico.

E N C H E I R E S I S A N A T O M I C A, est prompta & ex-
pedita, circa res secandas, actio, quam *Anatomicus* sum-
mā agilitate cadavera incidendo eorum partes demonstrat,
ab *εγχειρισμ* manum admoveo. B. *Veerdigheid in de Ont-
led-konst*.

E N C H E R I D A E, sunt grumi, qui in Emplastris inter-
liquefaciendum inveniuntur.

E N C H R I S T U M, est unguentum aut linimentum, quo
pars affecta illinitur, ab *ιγχειρισμ* inungo.

E N C H U S A, idem quod *Anchusa*.

E N C H Y M O M A, est sanguinis effusio, quam partes exter-
næ lividae & nigræ conspiciuntur, ut in scorbuto, & su-
gillationibus oculorum, aliarumque partium. Dicitur
etiam *Vibex*. B. *Striemen / Blaauwigheid*. G. Blaue
Striemen. Gall. *Meurtrissure*. A. An effusion or flusing
of blood in any part. Item sanguinis effusio, quando ni-
mirum ejus motus citior fit, ut in ira, & gaudio effuso,
ab *ιγχειρισμ* infundo, & *κυπειος* humor.

E N C H Y T A, seu **I M F U N D I B U L U M**, est instrumen-
tum, quo liquida in oculos, nares vel aures instillantur,
ab *ιγχειρισμ* infundo. B. *Een Trechter*. G. Ein Trichter.
Gall. *Un Entonnoir*. A. A Funell.

LEXICON

354

ENCLYSMA, idem quod *Clyster*, ab *in* intus, & *abluo*.

ENCOPE, est partis alicujus incisio, ut in Gangraena, &c. ab *incido*. B. *Insupding*. G. Einfachneidung. Gall. *Incision*. A. A. Cutting.

ENCRANUM, idem quod *Cerebellum*, ab *in*, & *calvaria*.

ENDEIXIS, est morborum indicatio, quā demonstratur, quid sit faciendum: ex gr. vulnus indicat deligationem. Alvi obstrūctio indicat purgationem sive *āva* vel *nā*. Suntque *Conservatoria* vel *Curatoria*, ab *īstūmū* demonstro. B. *Inzigt* / *Intentie* / *Anwpg*. G. Anzeyung. Gall. *Indication*, *Intention*. A. Indications.

ENDEMIUS, sive MORBUS VERNACULUS; & COMMUNIS, est, qui omni tempore plurimos in una reģione invadit, à caufa, loco vel regioni propria; & inquiлина proveniens. Ut Scorbutus Hollandis, ab *in*, & *hū* populus. B. *Land-zielte*. G. Land-kranckheit, eine Seuche. Gall. *Maladie endémique*. A. A disease incident to one country.

ENDEMUS, idem quod *Endemius*.

ENDIVIA, seu INTUBUM. Hæc corrupta ab Intubo voce, in Hertruria passim *Endivia* appellatur. Dicitur etiam *Seris*, *Seriola*, & *Scariola*. B. *Endivie*. G. Endiven. Gall. *Endive ou Scariole*. A. Endive.

ENEMA, idem quod *Clyster*. Ibidis Ægyptiae inventum, ab *īstūmū* immitto.

ENERGIA, est agitatio vel operatio spirituum animantium, vel sanguinis, ab *īngvīs*, operor. B. *Werkung*. G. Wirckung krafft. Gall. *Energie*, *Efficace*. A. Efficacie, Force.

ENERVATIO, est debilitas circa tendines & nervos. B. *Swakheid* / *Kragteloosheid*. G. Kraftlosz, Schwachheit. Gall. *Epuisement*, *Debilité*. A. A Weakening.

ENGIZOMA, est calvæ ictus, in quo offendum os, ad interiorem cerebri membranam descendit, eamque premit. Item instrumentum, quo in ejusmodi affectibus utimur, ab *īyīs* appropinquo.

ENGONIOS, est brachii, vel cruris flexura, ab *in*, & *angulus* angulus.

ENIXUM SAL, per illud intelligunt sal quoddam, ex acido

acido & alcali participans, dicitur quoque sal *neutrum* quia nec alcali verè est, nec acidum; & hujusmodi sunt sal commune, fossile, nitrum, alum, vitriolum &c. B. *Zuur-zout*. G. Saur-salsz. Gall. *Sel neutre*. A. Sowre-salt.

ENS, ab *ESSE*, est aliquibus mixti pars essentialis.

ENSIFORMIS CARTILAGO, Gr. ξφασίδις, est infra ossis sterni pars, ensis intar mucronata. B. *Herten dekzel/ zweertachtig kraatzbeen*. G. Das hertenblat, das schwert gleiche knorpel. Gall. *le Cartilage Enssiforme ou Xiphoide*. A. The Sword-like cartilage.

ENTALIUM, testaceum quoddam marinum est, fistulae modo longum & concavum, album, foris striatum, intus laxe, raro longitudinem digiti superans, ingreditur ung. Citrino.

ENTERON, est fistula longa, membranacea, Membranario, ne confundantur intestina, annexa, flexuris variis dotata: suntque numero sex (nisi quis cesophagum, ventriculum, & vesicam, intestinis annumerari velit, perinde erit, ei non adverbabor, cum eandem habent tum substantiam tum serè actionem) Duodenum, Jejunum, Ileum, Cæcum, Colon, & Rectum; superiora tria *tenuia*, inferiora *craffa*: vel potius *angusta* & *lata* appellantur. Hoc versiculo complectuntur.

*Sunt duodenum, jejunum, post ileon atque
Cæcum, quod colon sequitur, tenet ultima rectum.*

Tunicas habent quatuor; externa *membranosa* est, à peritonæo orta; secunda *fibrosa* seu *carnosa*, cuius fibræ exteriore longæ, interiores verò rotundæ sunt, fibi invicem ad angulos rectos superjacentes; tertia *nervosa* est, & oscula vasorum tum lacteorum, tum sanguiferorum in se continet, cui intus & quarta *glandulosa* ieu potius papillosa adhæret, quā mediante chylus absorbetur venisque lacteis communicatur. Intestinorum *Magnitudo* seu *Lungitudo* ut plurimum sexies plus minus superat longitudinem hominis cuius sunt. Vocantur item intestina, εντεντη, ἔθινα, χορδαι Aurelian, εντεντη, ab εντεντη intus. B. *De Darmen*. G. Das Gedärme, das eingeweid. Gall. *les Boyaux, les Entrailles, les Intestins*. A. The entrailles, guts. Rectum intestinum. B. *Den regten-darm/ endg-darm*. G. Der astter oder mast-darm, arfz-darm. Gall. *l'Intestin*

testin rectum ou droit. A. The strait, vel Arse-gut.

ENTERENCHYTA, est instrumentum, quo Clysteres immittuntur: vocatur & *Siphon* & *Syringa*. B. **Clysteer-spuit / syringe.** G. Eine Röhre, sprüte, klystier rohre. Gall. *Siringues*. A. Clyster pipe.

ENTEROCELE, sive *Hernia intestinalis*, est intestinorum præsertim ilei, per proceßus peritonæi dilatatos, ad inguina vel scrotum prolapsus, ab ἕντεροι intestinum, & κύλη tumor. B. **Gebroken / gescheurt / darm-bruuk.** G. Ein bruch der gedärme, darm-bruch. Gall. *Descente, Hernie, Rompure.* A. A rupture when the bowells fall into the cods.

ENTEROEPIPLOCELE, est species herniæ, quando omentum & intestina simul in icrotum per dilatatum peritonæum, ejusque processum devolvuntur & prolabuntur, ex ἕντεροι intestinum, ἐπιπλοοι omentum & κύλη tumor. B. **Net en Darm-bruuk.** G. Netz und Darm-bruch. Gall. *l'Entero-epiplocele ou descente des intestins & de l'E-piploon.* A. A rupture when the Omentum of the intestines fall together into the cods.

ENTEROMPHALOS, est *Hernia umbilicalis*, cum intestina ob peritonæum hic facile dilatandum, in umblico protuberant, quod mulierculis gravidis non raro contingit, & post partum non raro remanet, ex ἕντεροι intestinum, & ὄμφαλοι umbilicus. Idem quod *Exomphalos*. B. **Navel-bruuk.** G. Nabel-bruch. Gall. *Hernie du nombril.* A. A Navel rupture.

ENTRICHOMATA, dicuntur tarsi, sive extreimi palpebrarum ambitus, unde excrescent cilia.

ENTYPOSIS, est humeri acetabulum. Articulatio humeri item est cum brachio, diciturque ἀμφοτέλη.

ENULA CAMPANA, vide *Helenium*.

ENYPNION, est insomnium, ab οὐ in, & θνάτῳ somnus. B. **Een droom.** G. Ein traum. Gall. *Un Songe*. A. A Dreame.

EPACME, idem quod *Anabasis*, ab ἐπακμή increscere.

EPACMASTICA, est febris continuò invaleſcens, ab ἐπακμή invalesco. B. **Een groepende koorts.**

EPAGOGIUM, est membra genitalia præputium, & ut *Gorreo* placet, male affectum, quod nec reduci facile potest, ab πάρη adduco. B. **De Voorhuid.** G. Die Vorhaut. Gall. *le Prépuce*. A. The fore Skin.

EP-

EPANADIPLOYSIS, seu REDUPLICATIO, vide
Anadiplosis.

EPAPHÆRESIS, est phlebotomia iterata, ab *παφαι-*
σιω demo.

E^PAR, vide *Hepar*.

E^PARMATA, sunt tumores glandularum parotidum
ponè aures ab *παφαιω* atollo, eo quod aures, hoc vitio,
eriguntur.

E^PHEBÆUM, est locus ab Hypogastrio ad pudendum
usque. Dicitur *Sumen*, *Pecten*, *Pubes*, *Aqualiculus* &c.
ex *πι* supra, & *πεν* pubes.

E^PHELCS, est sanguinolentum illud, quod in Hæ-
moptysi expuitur. Item crusta ulceribus superinducta, ex
πι supra, & *λιγο* ulcus.

E^PHELIS sive LENTIGO, est macula roscida, ab in-
solatione ut plurimum excitata, vere & æstate maximè in-
crebescit, idque potissimum in iis, qui cutim rarissimam
habent, verum circa hyemem rursus evanescit; figura est
magnitudine morsùs pulicaris: maculæ hæ non rarò to-
tam faciem defædant, ex *πι* supra, & *λιγο* sol. B. *Sproe-*
ten G. Sommerflecken, sonnenflecken. Gall. *Des Lentiles*. A. Freckles.

E^PHEMERA sive DIARIA, est febris continua, om-
nium levissima inter continuas, quæ ultra diem non ex-
tenditur, si diem excedat, *Synochus simplex* appellatur,
ex *πι* supra, & *μιχα* dies. B. *Een daagse-kooztg*. G.
Das eintægige fieber. Gall. *Fievre d'un jour*, *Fievre éphe-
mere*. A. A quotidian Feaver.

E^PHEMERUM, est planta, quæ sic appellatur, quod
eodem, quo assūptum est, die interimat, vel quod quo
die nascatur, eodem intereat, ex *πι* in, sub, & *μιχα* dies.
Sed est & alterum *Ephemerum* non *lethalē*, sic dictum,
quod flos illius confestim marcescat, nec longius uno al-
terove die commoretur, vulgo *Lilium Convallium*, quod
in opacis & lucis nascatur, appellatur. *Ephemerum* vene-
nofum, vocatur etiam *Colchicum*.

E^PHIALTES, idem quod *Incubus*.

E^PHIDROSIS, est sudoris proventus, ab *πι* supra, &
δρεω; sudor.

E^PHIPPUM, sive SELLÆ QUINA seu TURCI-
CA, est pars ossis sphenoidis, in crano intùs conspicua,

excavata cum quatuor eminentiis sellæ in modum , cui glandula pituitaria insidet , ex *in* supra , & *in* equus .
 B. *Het Zadel-been*. G. Das Sattel-bein. Gall. Cavité de l'os sphenoïde qui ressemble à une selle à piquer , & qu'on appelle la sel du Turc. A. A bone of the os sphenoids like to a saddle.

EPIALA sive **QUERCERA**, est febris continua , in qua calor & frigus simul percipiuntur eodem tempore , nam plurimæ febres incipiunt cum frigore , quod in calorem terminatur , sed hæc febris id speciale habet , quod simul & calor & frigus adsint , & cum invicem pugnare videantur ab *in* mite , & *in* caleo. B. *En heit houde hoozts*.

EPIALTES, idem quod *Incubus*.

EPICARPIUM, est Medicamentum externum , emplasti vel cataplasmati instar , quod pulsibus seu carpis manum , febribus intermittentibus depellendi , vel in convulsionibus applicatur , ex *in* supra , & *in* carpus .
 B. *Pols-pleisterg*. G. *Pulz-pflaster*. Gall. *Epicarpes remedes qu'on applique aux poulx*. A. A wrist plaster.

EPICAUMA, est ulceratio crustosa oculorum nigredini obtingens , ex *in* supra , & *in* uro. Idem quod *Encauama*.

EPICERASTICA, sunt Medicamenta quæ humores acres obtundunt & temperant , ex *in* supra , & *in* tempore.

EPICHEIRESIS, idem quod *Encheiresis* , ab *en* manum adhibeo.

EPICOLICÆ REGIONES , sive **LATERALES** , **LAUENTIUS LUMBARES** , & **BARTHOLINUS** , ex *Aristotele* , *Aurelio* nominat , quasi diceret *Libidinis partes* ; sed à *Glissonio* *Epicolica* dicitur ea pars , quæ coli intestini partibus incumbit: Unde denominationem accepit.

EPICOPHOSIS, idem quod *Cophosis*.

EPICRASIS, evacuatio quædam est per vices instituta , ab *in* tempore. B. *By verpozing*. A. A critical evacuation of bad humours.

EPICRISIS, est morbi dijudicatio , ab *in* judico.

EPICRUSIS, est levibus ferulis , partium mollium , percussio , Japonensis familiaris , ab *in* percutio.

EPICYEMA, est superfœtatio , sive super imprægnatio,

tio, cum muliere jam imprægnata, alio post tempus imprægnatur foetu; undè differt à gemellis, quod hi con temperanei sint, illi verò observati sunt aliquot mensium differentiam habuisse, nec quoque eodem tempore uterque ex utero prodit, sed distantia mensium aliquot inter dum intercedit, hoc tamen rarissimè contingit, ab *in* super, & *no* grida sum. B. *Een dubbele verzwanginge*/oberbevugting. G. Über eine empfangene frucht. Gall. *Superfetation*. A. Idem.

EPIDEMIUS, est morbus communis, à causa communi invectus, & vario tempore nunc in una, nunc in pluribus regionibus multos simul invadens: ut pestes, febres malignæ &c. Causa videtur hærere in Aëre, vietu, & dispositione corporis, quibus in certum statum redactis femina morbi adolescere posse videntur, & vim exercere in corpus animalis ita dispositi; dum verò causâ tam communis est, seminum primum in aëre generatum & allatum fuisse verosimile est, ex *in* supra, & *in* populus. B. *Een doorgaangs in zwang-gaande zichtte*. G. Eine Seuche die gemeinlich an einem orth regieret. Gall. *Maladie Epidemique*. A. A Common disease.

EPIDERMIS, est membrana tenuis, totam cutim, cuius quasi pars est arctè ambiens, reliquis corporis integumentis superincumbens, ob tenerrima sua vascula, & ligamentula subtilissima, minimâ vi facilè solvenda, integrè à subjacentibus separabilis, in plurimas lamellas divisiibilis, vasis constans nullis, quæ ullâ arte visibilia reddi queunt, nullo sensu prædita, tota squamosa, squamis adeo parvis; ut incredibile, in sulcos areasque exsculpta, quæ ad apices digitorum spirales, maximè spectabiles, in medio horum sulcorum tutò condita hærent vasa sudorifera, in utroque autem sulci latere parallela priori series papillarum nervearum: undè liquet vasa sudoris, vasa exhalantia, papillas tactus, hoc tenui, nec impeditente sensum, nec incremente, munimento defendi. Videatur *Cuticula*, ex *in* supra, & *de qua* cutis.

EPIDESIS, seu **DELIGATIO**, est ligamenti injectio, ad cruentis fluxum fistendum, ex *in* super, & *de* vincio.

EPIDESMUS, est fasciarum superligatio, ab *in* super, & *de* subligo. B. *Zobin-zwagtl*. Gall. *Bandage*.

EPIDIDYMIS, sive **PARASTATA**, Latinè *Supergemina*.

nalis, est vas tortuosum & variis flexibus velut varicosum corpus, quod testium dorso affixum est, idemque constituens. Majori suo globo testi annexatur, constat ex uno vase seu ductu ex teste continuato, longitudinem quinque ulnarum facilè excedenti, minori capite seu globo vali deferenti conjungitur, ex *πι* supra, & *διδυμος* testiculus. B. *De opper-klootjes*. G. Die oberste heedlein. Gall. *Epididyme*. A. Idem.

EPIGASTRIUM, est anterior pars infimi ventris, cuius pars superior *Hypochondrium*; Media *Regio Umbilicalis*; Inferior verò *Hypogastrium* vocatur, ex *πι* super, & *γαστηρ* venter. B. *Middel boven-buik*. G. Der mittel bauch. Gall. *l'Epigastre ou la region Epigastrique*. A. The upper part of the belly.

EPIGINEMA, est id quod morbis, velut symptoma supervenit. Item ordo partium in generatione, qui per successum fit, à *χιουμα* fio, nascor.

EPIGINESIS, idem quod *Epiginema*.

EPIGLOSSUM, est laurus Alexandrina, sic dicitur quod supra ejus folium, aliud foliolum instar linguae habeat, ex *πι* supra, & *γλαυκα* lingua.

PIGLOTTIS, sive **PIGLOTTALIS**, est quinta laryngis cartilago, Lingulae formâ, valde mobilis, glottidis sive rimulae experimentum, cum Cibi & potus deglutiuntur, ne quid incidat in eam: vocatur item sublinguum, Græce *χοινης* Poll. ex *πι* supra, *γλαυκα* lingua, & *τιθηναι* pono. B. *Strotlap / het tongshien*. G. Das Athem zeunglein, zæpslein im hals. Gall. *l'Epiglotte*. A. The epiglottis.

PIGONATIS, est mola seu patella genu, ex *πι* supra, *γνω* genu, & *τιθηναι* pono.

PILEPSIA, sive **MORBUS CADUCUS**, à casu *Contumialis* dictus, quia ægri derepente in terram prosternuntur: vel *Herculeus*, quia difficulter curationem admittit. Item *Lunaticus* sive *Σεληνιακος*, quod ad lunæ cursum paroxysmus eveniat. *Lues Sontica, Deifica, Morbus sacer &c.* appellatur. Estque interpolata totius corporis convulsio, omnes actiones totius corporis iædens. Adsunt subitus prolapsus, si æger steterit, Motus convulsiæ totius ferre corporis, oculi circumvolvuntur, abolitio sensus & memoriae, spuma circa os, effluxus feminis, stercoris, urinæ, respiratio frequens & inæqualis, sonitus incongruus:

atque hæc phænomena nonnihil variant, juxta gradus: in universali omnia hæc ferè sunt, non item in mitiori, vel in Epilepsia puerorum, quæ in dentitione, febri &c. evenit. Est porrò vaga, vel certis temporibus rediens, hæreditaria, vel contingens, recens, vel inveterata &c. ab ἐπιλαυτίῳ invado, prehendo. B. *We ballende ziekte / sunt jang euvel / maan-ziekte.* G. Die schwere noth, fallende oder boese kranckheit, bœszwehe, fallende fuchtag. Gall. *Epilepsie, mal caduc.* A. The falling sickness.

EPILEPSIA INTESTINALIS, nihil aliud est, quam convulsio, quæ à rebus intestina irritantibus oritur, quod infantibus sœpè evenit.

EPILEPSIA PUEORUM, vide in *Epilepsia*.

EPILEPTICA, sunt Medicamenta adversus epilepsiam.

EPILOGISMUS, est Medicorum suffragium, ab ἐπιλογίᾳ dico post.

EPIDEMIUM, vindicta Romanis. Est planta, quæ habet folia hederacea, ampla, acuta, lata, viridia, satis dura, in margine dentata, terna juncta pediculis tenuibus, & rotundis: intra hæc assurgit caulis pedem circiter altus, qui habet flores parvos, pulchros, coloris variegati, sunt cruciformes, quatuor scilicet petalis tubulatis constantes; ex quorum calice surgit pistillum, quod deinde abit in fructum, seu siliquam unicapsularem, bivalvem & seminibus factam ferè rotundis: radix in multos ramos divisa, in inferiori parte fibrosa: crescit in locis humidis, ut in pratis.

EPIMELIS, dicitur Mespilus; sic dicitur, quod juxta malos nascatur, ex ἐπὶ ad, juxta, & μῆλον malus.

EPINYCTIDES, sunt pustulæ humorem emanantes, noctu praestim fœientes & cruciantes, sublivido colore vel subnigro vel albo, si aperiantur sanies effluit, cum inflammatione, ab ἐπὶ supra, ὡς nox, & τέλου pono. B. *Nacht-gezwollen.* G. *Nacht-geschwulst,* die nacht-blattern. Gall. *Enflures de nuit.* A. Night swellings.

EPIPAROXYSMUS, est, quando ægri plures febrium exacerbationes, quam solent, patiuntur, quod in febribus inordinatis contingit, ab ἐπιπαροξύῳ iterum exacerbatio.

EPIPHÆNOMENA, sunt signa quæ morbis posteà superveniunt, ab ἐπιφænomeni insuper appareo.

EPIPHORA, est impetus quidam, ut dicitur, humo-

rum, sive sanguinis, sive alterius humoris inflammatorius, in totum corpus vel in aliquam partem. Per impetum, intelligenda potius est humorum quædam subsistētia, in qua alii humores, ab arteriis affluentes, morantelque, incalescunt & phlogosin constituant. Est & inflammatio propriè oculorum, & latè dicitur de totius corporis inflammatione, *ἰπιφίω* infero. B. *Sog-ontsteking*. G. Entzündung der augen. Gall. *Le flux de larmes chaudes, & acres, qui accompagne les grandes ophthalmies, ou en general toute defluxion d'humeurs en quelque partie que ce soit.* A. An Inflammation of the eyes.

EPIPHYSIS seu APPENDIX, ADNASCENTIA, ADDITAMENTUM, est os ossi adnatum, per contiguitatem simplicem & immediatam, quamvis non adeò plana superficie, sed nonnihil mutuo capitum sinuumque ingressū intar ginglymi, licet absque motu, ergo potius dicenda est illa articulatio epiphyseos cum osse, indentatio; epiphyses accrescunt duobus diversis locis, vel ossium extremitatibus, vel ipsorum lateribus, ut in femore, ubi duæ epiphyses sunt trochanteres dictæ, non tantum juncti cum aliis ossibus per indentationem, sed etiam ope cartilaginis, quæ sensim indurescit, & in adultis nimirum compressione ollescit ita, ut tota junctura disparate in his, & tunc epiphyses degenerant in apophyses; ab *ἰπιφίω* accresco. B. *Ein aangewasse been.* G. Anwachfung. Gall. *Epiphyse.* A. Idem.

EPIPLASMA, in genere idem quod *Cataplasma*. Sed in specie dicitur de farina triticea in hydrelæo cocta & vulneribus imposta.

EPIPOCELE, est *Omenti Ramex* sive *Hernia*, in qua Omentum in scrotum per processum peritonæi dilatatum, prolabitur, ex *ἰπιωλον* omentum, & κύτη tumor. B. *Gen net-brueh.* G. Netsz-bruch. Gall. *Epipocle ou Hernie de la coëffe.* A. A rupture when the omentum falls into the cods.

EPIPLOCOMISTÆ, sunt homines obesi & ventre tumidi, quibus est pingue, & magnæ molis omentum, idque in feminis *Conceptioni* impedimentum quandoque fuisse, scriptorum monumenta testantur; idcirco & omenti gestatores appellantur, *ἰπιωλον* omentum, & κυρῆ ge-ro, fero. B. *Dikke buik.* G. Ein dick bauch. Gall. *Ventrus.* A. Fat or big-bellied.

EPILOMPHALUM, est Hernia umbilicalis, quando ab omento tumido dilatatum peritonæum ex abdomen in umbilico nimis protuberat, ab ἐπιλόμφω omentum, & ὑμεραὶ umbilicus. B. Nabel-hæuk. G. Nabel-bruch. Gall. Hernie de nombril. A. The Navel rupture.

EPIPLOON, OMENTUM, seu RETICULUM, est operimentum membranaceum intestinis superstratum, eorumque convolutionibus aliquomodo insinuatum, originem à ventriculi fundo, & Intestini coli dorso dicit, quibus adhæret, nempe à peritonæi duplicatura; infernè est liberum; est autem membrana duplicita ubique, internè vacua, hinc figura est instar reis seu Aucupis marsupii; plurimis vasis sanguineis, ductibus, & folliculis adiposis abundat; usus est intestina & ventriculum, pinguedine suâ instar pulvinaris fovere, & pinguedinem recipere, quæ calore, motu, attritu, perpetuo in loculis hisce oleosis mirificè attenuatur, acrior, volatilior, bili similis redditur, ita ut tandem ex sacculis his adunatis, inque ductus quosdam patentibus, collecta hæc materies oleosa, mutataque ita expellatur ex omento, & per binas venas Epiploicam dextram & sinistram deferatur ad hepar, unde materiem bili in hepate suppeditat. Ab ἐπιπλοᾳ supernavigo. B. Het Net. G. Das Nerz des Eingeweids, Darm-netzlein. Gall. l'Epiploon ou Coëffe qui couvre les intestins. A. The Caule.

EPIPOROMA, callus dicitur vel tophus in articulis enatus, & induratus, ab ἐπιπορῷ induro.

EPISARCIDIUM, vel HYPOSARCIDIUM, idem quod Anasarcia, ex ἐπι insuper, & σάρξ caro.

EPISCHION, est os pubis, seu pecten. Os transversum & latum in imo ventre quod pubi subjacet, & intestina munit, ex ἐπι super & ἐπι os coxae. B. Schaam-been. G. Das Scham-bein. Gall. l'Os Pubis. A. The privie bonne.

EPISCOPALES VALVULÆ, à figura sic dictæ, vocantur & Mitrales & Sigmoides, tales duas in vena pulmonari reperiuntur, ne sanguis è corde veniens refluat. B. De Bischofs gelpkenden miters klapvliezen. G. Die Mutzen gleiche häutlein im hertze. Gall. Valvules mitrales. A. The Mitral valves.

EPISEMASIA, est ipsa morborum invasio; sive illud tem-

tempus, quo morbus primò notatur, & propriè *Significatio* dicitur, ab *inxipio* insuper significo.

EPISTION, est pubis regio sive *Aqualiculus*.

EPISPHÆRIA, sunt gyri & anfractus exteriori substantiæ cerebri insigniti, uti vasa sanguifera, per cerebri subtantiam distributa, ex *περι* supra, & *σφαιρα* globus.

EPISPASTICA, sunt quæ derivant liquidum in partem, cui applicantur, tantà vi ut vasa tenerima, lymphatica, & sudori & materiae perspirabili dicata, rumpant; liquor autem effusus ab Epidermide illæsa, in vesiculos elevata, retinetur; hinc illa medicamenta, quæ id præstant constare debent ex partibus tam acribus & tenuibus, ut per epidermidem illæsam transeuntes sese lateribus dictorum vasculorum infigant, atque aperiant; epidermidem verò intactam relinquunt, quia vasa, si adsunt, pauclo adsunt numero, & vis vitae ibi valde debilis. Idem quod *Attrabentia*, ab *περιστῶο* attrahit.

PISTOMIA, sunt extrema vasorum oscula, ex *περι* ad, & *σπερμα* os. Chemicis sic dicuntur spiracula in furnis, qua *Venilia* & *Registra* quoque vocantur. B. *Het togt of windgat*.

PISTROPHEUS, est colli vertebra secunda, sic dicitur à vertendo: nam ex medio ejus corpore assurgit appendix instar dentis canini, circa quam caput cum prima vertebra vertitur. Olim prima eodem nomine veniebat, ab *πιστρόφῳ* circumverto. B. *Den draper*. G. Die andere gelencke des halses. Gall. *La seconde vertebre du col, qui à une eminence en maniere de Pivot ou de dent*. A. *The first joint or Vertebra of te Neck*.

PITHEMA, est Medicamentum externum liquidum, quod partibus corporis nobilioribus, præfertim cordi & hepati, linteo stupave exceptum admovetur, ab *πιθηκῷ* impono. B. *Een betting stoving*. G. Ein warmes tuch, damit eimman einen gliedmas wärme zufugt. Gall. *Fomentation*. A. A kind of fomentation usfed chief ley to the more noble parts.

PITHYMBRUM, **PITHYMBRA**, est musci species Thymbræ adnascens, ex *περι* ad, & *θυμῷ* Thymbra.

PITHYUM, est musci species, Thymo adnascens, ex *περι* ad, & *θυμῷ* Thymus.

POMIS, est superior humeri pars, quæ & *Acromium* nominatur, ex *περι* supra, & *θυμῷ* humerus. **EPOM-**

E P O M P H A L U M , est Emplastrum vel aliud quid, quod extuberantiis umbilici applicatur, ex *īni* supra, & *ēpōa-*
λω umbilicus. B. **N a v e l - p l a i s t e r .** G. Nabel-pflaster. Gall.
Emplastre pour le nombril. A. Navel-plaister.

E P S E M A , est decoctio mustii in defrutum, ab *ψω* coquo.

E P U L I S , est in gingivis excrescentia, ad intimos molares contingens, ita ut oris apertio impediatur, ex *īni* supra, & *ēλω* gingiva. B. **B a s t e r t t a n d - v l e i g .** G. Auswachs des zahnfleisches. A. An excrescence of besh in the gums.

E P U L O T I C A , idem quod *Cicatrizantia*, ab *īxελδω* cicatricem infero.

E Q U I S E T U M , Est planta duplex, majus aquaticum, & Equisetum minus terrestre vel arvense longioribus fetis: Prius habet caules sesquipedem vel duos pedes altos, rotundos, asperos, excavatos, plurimis tubis in se invicem inarticulatis instructos, quae articulatio nodos format per intervalla: folia teretia, pyxidatum articulata, cava: flores sunt apetalii, staminei, apice fungiformi donati, spicati, fructus in equiseti speciebus, quae floribus carent, sunt grana nigra aspera & fracta: radix est repentissima, nigricans: haec planta crescit in pratis & circa flumina. Altera equiseti species ab hac tantum differt in eo, quod folia & asparagi sunt longiores, tenuiores, molliores: Gr. *πτυνεις*, est Planta caudae seu serae equinæ æmula. B. **P a a r d e - s t a a r t .** G. Rosz-schwantz, Pferd schwantz, Schafftheu. Gall. *Préle*, *Queue de Cheval.* A. Horse tail.

E R A N T H E M U M , seu Delphinium, camomilla, sic dicitur quod verè floreat, ne enim est ver, & *ἄρθρο* flos.

E R E B I N T H U S , est cicer: sic dicitur quod semina in vasculo, quasi flatu distento, bina ferat ad instar testiculorum (quod tamen non de omni, sed de quodam ciceris genere verum est) vel quod maximè venerem excitat. Vide quoque vocem *Orbus*.

E R G A S T E R I U M , furni pars.

E R I C A , Est frutex, qui habet caules vel virgulta numeroſa, dura, lignosa, ramosa, pedem unum vel sesquipedem alta, coloris rubicundi fusci, aut obscuri; folia exigua aliquantulum dura & aspera, semper virentia, Tamarsicum referentia: flos monopetalus, campaniformis, nudus, saepè urceolum referens: ovarium in fundo sit fructus subrotundus, quadrifatiam hians, quadrilocularis, scapus

foetus seminibus exiguis imò flore ut calice, tectus : radix lignosa est, se in terra extendens : haec arbuscula crescit in sylvis, & sterili squalido, palustri, & spongioso solo viget : deducitur à verbo Graeco *εγκόνω* frango, confringo : an, quia frangat, abradatque, idque scopis ex Erica colligatis, inque fasciculum redactis? an ab *λεγώ* desertum, quod in desertis & sterilibus locis proveniat ? At corrupta vox à Myrica, quod eam aliquomodo referat ? B. Heide. G. Heide. Gall. *Bruyere*. A. Heath or Ling.

ERICERUM, Gr. *εγκόνω*, Collyrii species est, cuius aliquot differentias *Aëtius* enumerat. Denominationem à fructu ericis accepisse videtur.

ERIGERUM, seu **SENECIO**, sic dici volunt, quod vere tam citò ejus flores in lanuginem vertantur : atque senescat, seu quasi vernus senex, ab *η Ver*, & *γένω* senex, unde & quoque *Senecio* dicitur. Vide *Senecio*.

ERINUS, est nomen variis plantis impositum ; Latinis *Caprificum* sonat, sic vocantur quædam Campanulæ, Basilici, & Ezulae species, an ab *ερις*, quod cùm ex arbore velut contendendum sit & luctandum, ut matureret fructus suos.

ERIOPHORUS BULBUS, quasi dices bulbus laniferus, idque propter lanuginem, quæ inter radicum laminas, est ex *εριον* lana, & *φίσω* fero.

ERODENTIA, sunt Medicamenta, quæ peregrinum tenax adhærens in ulceribus, & ipsa vasorum ramenta tenuissima semi corrupta resolvunt, & consumunt. B. *Wegværende middelen*.

EROSIO, idem quod *Corroso*.

ERPES, vide *Herpes*.

ERRHINUM, Barbaris *Nasale* & *Caputpurgium*, est Medicamentum, quod metæ formâ naribus indicum, sine sternutatione, humores & præsertim viscidos evacuat. Estque liquidum, molle vel solidum. *Liquidum* fit vel ex succis herbarum errhinarum, & cephalicarum, ope vini, aut alterius liquoris, extractis, quibus aliquando *spiritus vini* admiscetur, *Vel* ex decocto simplicium idoneorum, additis nonnunquam succis, melle, oleo, vel succis excepto, & ad unguenti formam decocto. *Solidum*, vel formâ pulveris datur, & hoc in sternutatoris maximè locum habet, *vel* formâ turundæ & dicitur *Nasale*, paraturque ex

ex pulveribus idoneis, mucilagine, cerâ, vel terebinthina exceptis, ab i; in, & p; nasus. B. Pieg-Watr. G. Eine arszney die das niesen bringt. Gall. Sternutatoire. A. A Sternutatory.

ERUCA, Planta officinalis antiscorbutica, est, cuius variæ dantur species, tum sativa, tum sylvestris : sativa habet caules partim lanuginosos, duos circiter pedes altos : folia sinapi albi minora, tenera, glabra, sine lanugine : flos cruciformis, quadrifidus, coloris sub caerulei albi, punctis nigris notatus ; flori succedit siliqua longa, divisa in duos loculos, continentis semina subrotunda, flava : radix alba, tenuis, lignosa : hæc planta crescit in pratis, sapor ejus singularis : sylvestris parum à precedenti differt. Dici volunt, quod ob acrem saporem linguam erodat : hæc enim, ubi degustaveris, os & linguam satis acriter vellit. Græcis ηερια, quoniam jura commendet, habeaturque in eisdem peculiarem gratiam, ex i; benè, & εσπερι; jus, esculentum. B. Naket. G. Raucken, Raucken-kraut. Gall. Roquette. A. Rakett.

ERUCTATIO, vide *Ructatio*.

ERVILIA, & **ERVUM**, est leguminis minoris species, dicitur ab *Eruendo*, capitur enim & manu vellitur. Hinc forte nostris **G. Erten** / **Erweten** & **Erweten**.

ERYNGIUM, & **ERINGIUM**, est Cardui species : est planta, quæ habet caulem sesquipedem vel duos pedes altum, rotundum, striatum, medulla alba repletum, in summitate in multos ramos divisum : folia sunt ampla, profundè incisa, dura, spinosa, alternatim in caule disposita : in summitate caulis sunt capitula squammosa aculeata, unita foliis quam plurimis repentibus, oblongis, latis, villosis : flores ad umbelliferos referuntur : formâ capitulorum cum diploco convenit : radix est longa, digiti crassifie, & interdùm pollicis, foris nigricans, intùs alba, saporis subdulcis & grati, discissa & pressa succum dat croceum : hæc planta crescit in locis arenosis, in campis, maris littoribus. Dicitur & *Iringus*, ab ἵριγξ, ab eructando putant, quòd capræ, quæ morbo surculum Eryngii praeciderint, vel deglutiverint, cunctam gregem ponè sequentem, quasi stupore attonitum sistant, donec Eryngium ructu rejecerint, ast Eryngium non manducat capra. Sed ἵριγξ vel ἵριγλος aliis dicitur, ab ἵριδαι amo, & ἵριη, nem-

nempē ex *iv* pro *iv* & *v*, quod suis capitibus aspectu sit amabile, gaudet enim plurimis capitibus, hinc *centumcapita* appellatur. Vel dicitur quod *tō ἡεν* sit *εγυνας*, quod verno etiam tempore molestum sit suis spinis, quibus facile lädit. Vel quod radicem habeat longe latèque per agros serpentem rusticis admodum molestam. B. *Hruis-diftel / hruis-mortel / endeloos*. G. Sichen-kraut, manns-treu, roden-diftel, brackend-diftel. Gall. *Panicault*, *Chardon Roland*, *Chardon à cent têtes*. A. Sea holly or eryngo.

ERYSUMUM. Est planta, quæ habet caulem duos circiter pedes altum, rubicundum, villosum, ramos quoddam flexiles dimittentem: folia bina, sibi invicem opposita, finapi referentia, profundè incisa: flores sunt exigui, quadrifidi, flavi, cruciformes; flori succedit siliqua tenuis, rotunda, septo medio divisa in duo loculamenta, feminibusque feta, ut plurimum exiguis & rotundis, saporis acris & fervidi: radix alba, lignosa, acris, digitii minimi crassitie: haec planta crescit in locis desertis & inter olera recensetur, nomen accepit ἀπὸ τοῦ ἐρύσιμου, à multiplici foliorum sectione. Vel ἀπὸ τοῦ σφέλεως, quod ob suam caliditatem maximā trahendi vi præditum sit, quod inter fruges refertur, nomen invenit ab adverso, quasi ἐρύτημος, quod minimè pretiosum & nobile est. Vocatur etiam *Irion* & *Rapistrum*. B. *Edele Nakette*. G. Wegsenst, Hederich. Gall. *Velar*; *Ravenou*. A. Hedgemustard.

ERYSIPELAS. Ignis sancti Antonii, ignis sacer *Colummell*, ignis *Sammonico*, ἐρυθρίας *Poll.* πῦρ ἔρυθρος *Hippocrati*. Est tumor præter sanitatem in cute, aut quacunque parte carneâ, vel membranosa excitatus, rubicundus, flavescens, latus, non altè ascendens, nec pulsans, sed cum dolore punctorio, à sanguine in vasis Lymphaticis impresso & hærente productus. Aliquando elevatur in bullas, ac si cantharidum emplastris essent excitatae, tuncque dicitur nobis. B. *De Belroos*. In genere tamen dicitur *de Roos* / *St. Antonis vuur* / *ex ἐρύθραις propè*, fermè, varias habet differentias, prout altius assurgit, vel deprellius est, aut majori aut minori cum calore, ut Tumor *Erysipelatodes*, *Phlegmonodes*, *Oedematodes*, *Scirrhodes* &c. G. Die Rose, dasz Heylige feuer, St. Antonius feur, das Rothlauff, die brennende Raach, die Rosesse. Gall. *Erysipelle*, *le feu Saint Antoine*, *la Rose*, Si occupaverit

occupaverit faciem, *la Rose au visage* dicitur. A. St. Antonies Fire.

ERYSIPELATODES, est tumor Erysipeli similis, sive Erysipelas spurium, ex *equinotaxa* inflammatio, & *individua* forma. B. *Koosagtig*.

ERYTHREMATA, sunt rubores pulicares, in febribus pestilentialibus frequentes, ab *equinotaxa* rubesco. B. *Dickken als vioye heten*. G. Kleine flecken.

ERYTHROIDES MEMBRANA, est post *Elythreum* secunda, rubea dicta, testem involvens, externè adhaeret vaginali tunicae, internè verò albugineæ. Rubea dicitur à colore, nam *equinotaxa* est rubrum, & *individua* forma. B. *Het roode hal-vlieg*.

ESCHARA, Gr. *ixæta*, est cruxta ulceribus superinducta, vel cauterio aut ruptorio excitata, ab *ixæta* habeo, & *ixæta* terra; quia se habet instar terræ damnatae, vel ab *ixæta* crustam induco. B. *De hozst*. G. Grind, rufé, raude. Gall. *Eschara*, *Crouffe d'ulcere*. A. An Escar.

ESCHAROTICA, idem quod *Caustica*, ab *ixæta* crustam induco.

ESCOLUS, est arbor glandifera, fortè sic dicta, quod ejus glandes comedantur. Vide *Aesculus*.

ESCURA, idem quod *Eschara*.

ESSENTIA, essentiæ vocabulum significat accuratè loquendo balsamicam rei partem (seu in qua vires potissimum resident) à crassiori separatam, quare cum exactissima rei separatio beneficio extractionis peragatur, sit ut pars illa balsamica à crassiore corpore extracta *essentia xar'* *ixæta* dicatur, alias à modo fiendi extractum, nonnunquam attribuitur essentiæ vocabulum succis expressis ac spissatis. Verum præstaret hoc proprio suo nomine, quo minus confusio oriatur, nominare. Sunt & qui elæ facchara essentias vocant, sed abusivè. B. *Wezentheit / het pit*. G. Dasz wesen. Gall. *Essence*. A. Essence.

ESSENTIA QUINTA, sive CLYSSUS, est Medicamentum, ex integris constituentium particulis energeticis sive activis constans, separatis ab inertibus. B. *We vpsde Wezentheit / de quinte essentie / het pit of kragtigste der Medicamenten*. G. Die nessel-fucht, quintessenz. Gall. & A. Quint essence.

ESSERE, SORA & SARE, etiam nominant: sunt
A a tu-

LEXICON

370

tubercula parva, ad rubrum vergentia, duriuscula, cum insigni pruritu subito universum corpus occupantia, non secus ac si ab apibus, vel vespis vel culicibus, homo demorsus, aut urticis percussus esset: Non ita tamen post longum tempus evanescunt, nulloque ichore vel alia humiditate affluente, cutis pristinam levitatem & colorem recuperat. Differt ab *Epinyctide*, quod in hoc affectu ichor manat, in Essere non item.

ESTHIO MENOS, est herpes exedens, causa est, quod papulae cutis humorem quandam acrem in se contineant, qui ob perspirationem inhibitam corruptitur, & acrimonia sua non tantum cutim, sed etiam subjectas partes corredit, ab *εστιονη* comedo, *εστιονη* repo. B. *Häuplwurm*. G. Ein Haar-wurm, Hæupt-gruend. Gall. *Estiomene*; *herpes*. A. An inflammation in the Shin, Sharp of biting.

ESULA seu **EZULA**, est Tithymali species, qua distinguitur in majorem & minorem, haec plures habet caules pedem altos, ramulos, folia gerentes angusta instar pini, lacte turgentia: flos ut in Tithymalo majori de quo sub titulo Tithymali; radix oblonga, esula majori tenuior foris fusca, intus ex flavo albescens, lacte acri turgida: dicitur & Pityusa. Nomen diductum à πιτυσσα videtur; duabus enim syllabis sublatiss. remanet, ουσα, cuius diminutivum *Ujula*, & vocali primâ mutata *Esula*. B. *Weiße spurge*. Gall. *Petite Esule*. A. little small spurge.

ETHMOIDES, Os CIBRIFORME, est ex octo ossibus capitis unum, situm est ad partem inferiorem ossis Frontis immediatè supra nasum internum, sex apophysibus donatum, & plurimis foraminibus pervium pro nervorum olfactiorum traxitu, ab *θηρος* cribrum, & *θηρο* forma. B. *Vet zeeffbeen*. G. Das sieb gleiche bein. Gall. *Os Ethmoide*. A. Thebone like à sieve.

EVACUATIO, est quæcunque depletio contentorum ex quolibet cavo corporis, Gr. *κινωσις*, est vel arte vel per se. Arte si sanguis evacuetur, aut purgando, vomendo &c. vitiosi humores ex ventriculo & intestinis evacuentur. Per se ut in haemorrhagia, menstruorum evacuatione, mictione, faecum alvinarum evacuatione &c. B. *Entleerung*. G. Aufzuehrung, das entledigen. Gall. & A. Evacuation.

EVAPORATIO, idem quod *Diaphoresis*. Item fit, quando succi, lixivia, aliaque leni igne evaporando in spissio-

spissiorem consistentiam rediguntur. B. uitwaassing / uitdamping. G. Aufzdemppen. Gall. Evaporation. A. E-vaporation.

EUCHROA, est color & nitor bonus, ab $\ddot{\nu}$ benè, & $\gamma\delta\alpha$ color.

EUCHYLOS, est qui succis bonis abundat. Ita alimenta, quæ bonum succum præbent, dicuntur, esse boni succi, ex $\ddot{\nu}$ benè, & $\chi\nu\lambda\delta$ succus. B. Goedsappig. G. Voll von gutem safft. Gall. *De bon suc.* A. Good nourishment.

EUCHYMIA, est optima succorum temperies & constitutio, ab $\ddot{\nu}$ benè, & $\chi\nu\mu\delta$ succus. B. En wel gestelt-heit der sappen. G. Suker safft. Gall. *De bon suc.* A. Good nourishment.

EUCRASIA, est *Temperamentum bonum*, sive illa corporis conditio, quâ tum solida, tum fluida, pro ætate & sexu, optimè sunt disposita, & in se invicem agunt, ita ut sanitas in cunctis obtineat: *E'ngar* benè temperatus, ab $\ddot{\nu}$ benè & $\kappa\epsilon\delta\gamma\mu\mu$ misceo. B. En goede geestelicheit. G. Gut temperament, gesundheit. Gall. *Un bon temperament.* A. A good habit of body.

EUDIAPNEUSTOS, qui benè perspirat & optimam habet *Diaphoresis*, ex $\ddot{\nu}$ benè, $\delta\alpha$ per, & $\pi\tau\omega$ spiro. B. **Die wel dooswaafseme.** Illi semper sani sunt.

EUECTICA, idem quod *Gymnastica*, sive Medicinæ pars, quâ aptis exercitiis bonus habitus acquiritur, ab $\ddot{\nu}$ benè & $\xi\zeta$ habitus.

EUELCS, Laborans ex ulceribus, curatu facillimis, ab $\ddot{\nu}$ benè, & $\lambda\kappa\gamma$ ulcus. Cujus oppositum est *Dyselces*. Vide suo loco.

EUXIA, est optima, & sana habitudo, ab $\ddot{\nu}$ benè, & $\xi\zeta$ habitus. Cui opponitur *Cachexia*, malus habitus.

EUFORBIUM, idem quod *Euphorbium*.

EUFRASIA, idem quod *Eupragia*.

EUGEOS, est uterus, sic dicitur ob analogiam cum terra fertili, hoc nomine etiam *Hymen* appellatur, ab $\ddot{\nu}$ benè, & $\gamma\alpha\mu$ seu $\gamma\mu$ terra.

EUODES, est odor excrementorum suavis, ab $\ddot{\nu}$ benè, & $\delta\zeta\omega$ olfacio. Cui opponitur *Dysodes*, male olens.

EUONYMOS, Est arbuscula, cuius lignum est durum, coloris flavi, albescens; habetque folia oblonga, acuta, dentata, mollia; calicem monophyllum, quinquifidum,

aut quadrifidum; florem rosaceum, tetrapetalum vel pentapetalum, staminibus quatuor vel quinque fætum; Ovarium in fundo calicis instructum tubâ bifidâ, unde fit fructus membranaceus, angulatus, in loculamenta quatuor divisus, quorum singulum continet semen longum, solidum, crocei coloris externè, continens medullam albam, saporis amari & ingrati; hæc arbuscula habet odorem penetrantem, & crecit in locis incultis ita dicitur quasi boni nominis per Antiphrasin; undè quedam Exemplaria habent *Anonymos*, vide *Anonymus*, ex *in benē*, & *in aqua* nomen; vocatur etiam *Fufanus*. B. *Papen-hout*. G. Spindelbaum. Gall. *Fufain*, *Bonnet de Prestre*. A. Spindel tree, or Prickwood.

EUOSMA, idem quod *Euodes*.

EUPATORIUM, Est planta ramosa, cuius caulis quatuor vel quinque pedes est altus, rectus, rotundus, lanuginosus, viridis purpureus, medullâ albâ repletus, & ubi dissecatur, odoris est aromatici & grati: folia sunt hinc indè per intervalla posita, oblonga, plurima simul juncta, acuta, in margine dentata, villosa, saporis amari: flos in umbellam congeitus plurimis flosculis (ex quibus longa capilamenta plerumque surgunt) constat multifidis, embryoni insidentibus, & calice longo, tereti, ac squammoso comprehensis: Embryo autem abit in semen pappis instructum: radix est fibrofa, alba, amara, crescit in locis humidis aquosis. Nomen volunt invenisse Regem Eupatorem, qui illam herbam primus invenit. Sed forte sic dicitur, quod Hepatis morbis medeatur, undè *Hepatorium* quoque appellatur, & tum derivatur ab *in benē* & *in aqua* Hepar. B. *Boekeng-kruid* / *Koninginnen-kruid*. G. *Wasserdost*, *Kunigund-kraut*, *Hirtzguntzel*, *Alb-kraut*, *Hirtzen-klee*, *ondernennig*. Gall. *Eupatoire*. A. *Eupatory*, or *Agrimony*.

EUPATHIA, seu **EUPHORIA**, est affectio, quæ facile fertur, ex *in benē*, & *in aqua* affectus, cui opponitur *Dyspathia*, vide suo loco.

EUPEPSIA, cui opponitur *Dyspepsia*. Est coctio ventriculi facilis, undè alimenta dicuntur *Eupepta*, quæ facile in ventriculo dissolvuntur, ex *in benē*, & *in aqua* quo. B. *Een goede koking*. G. *Gute verdauung*. Gall. *Une bonne digestion*. A. A good digestion.

EU-

EUPHORBIUM, est gummi concretum acerrimum, ex fauciata herba ejusdem nominis extraētum; quae est frutex hominis longitudinem superans, cuius cortex est durus, & spinosus: folia digitum longa, crassa, figura quadrangulari, in singulis angulis multas exiguae spinas habentia: flores pentapetali, coloris viridis subflavescens, succedit fructus pili magnitudine triangularis, in tria loculamenta divisis, unico fæta semine oblongo. Nascitur in modum ac si singula folia repræsentarent aculeatos cucumeres; totum enim folium spinis albis obsitum est, ita ut manibus prehendi absque laetura non possit: Plantam hanc hic Amstelodami viventem vidi. Gummi igitur ex incisis foliis emanans sole induratur, illud debet esse purum, aliquando & spinas aliasque festucas admixtas habet, flavescit aliquomodo, aliquando albescit. Admodum & naribus & linguae acre est, & vehementer alvum ducit. Venit ex Lybia, Mauritania, Peru &c. nomen adinvenit primum Juba Lybiæ Rex in monte Atlante ultra Herculis columnas, appellavitque *Euphorbium* Medici sui nomine, & Fratris Musæ, à quo divus Augustus fuit conservatus. Facilè quoque nomen diduci posset ab εὐφορβῷ, modo facilè ferri tolerarique possit, est enim vehemens Catharticum. Gall. *Euphorbe*.

EUPHORIA, idem quod *Eupathia*, ab εὐφορίᾳ facile tolero. B. *Eeu makkelijk verdzag*.

EUPHRAGIA, EUPHRASIA, vel EUFRASIA, Est parva planta, quæ plures habet caules tenues, villiflos, nigricantes: folia parva, oblonga, venosa, minutim incisa: flos monopetalus, anomalus, personatus, in duo labia distinctus, quorum superiorius surrectum, & multifariam sectum; inferius verò in tres partes dividitur, quæ singulæ quoque bifidæ sunt, coloris albi, multis punctis purpureis & flavis notatus: ex calice surgit pistillum posticæ floris parti ad instar clavi infixum, quod abit in frustum seu testam, exiguum, oblongam, in duo loculamenta divisam, seminibusque fætam exiguis & albis: radix exigua, lignosa: crescit hæc planta in locis incultis circa vias. Sic ejus nomen à Græcae linguae imperitis Pharmacopolis depravatum est, cùm olim εὐφρασίν dicta sit, quod nimil oculos, quorum caliginem discutit, delectet, ex & εὐφεω̄ laetus. Hinc quoque *Ophthalmica* vocatur. B.

Oogentroost / klaar-oog. G. Augen-trost. Gall. *Eu-*
phraise. A. Eyebright.

EUPHROSYNE, idem quod *Euphragia*.

EUPNOEA, est respiratio probè constituta, sive respi-
randi facilitas, ab $\tau\delta$ benè, & $\pi\tau\alpha\sigma$ spiro. B. *Een makke-*
lyke ademing. G. Leichter athem. Gall. *Respiration fa-*
cile. A. An Easil breathing.

EUPORIA, est Medicamentorum præparandi facilitas,
vel eorum operationis promptitudo, ex $\tau\delta$ benè & $\pi\tau\alpha\sigma$
gradior. B. *Vaardige Medicynē.* G. Bewährte artzney.
Gall. *Une Medecine éprouvée.*

EUPORISTON. Gr. *ἐπωρίστον*. Est medicina facilè pa-
rabilis & obvia. G. Ein haufmittel.

EURHYTMUS, est pulsus in homine fano, Rhyth-
mum seu ordinem bene fervans, ex $\tau\delta$ benè & $\pi\tau\alpha\sigma$
modulus. B. *Ordentliche pols.* G. Ordentlicher puls-
schlag. Gall. *Le Pouls regulier, egal.* A. An Orderley
Pulse.

EUSARCOS, Gr. *εὐσαρκός*, benè carnosus, seu toro-
sus, sive quadratus, ab $\tau\delta$ benè, & $\pi\tau\alpha\sigma$ caro. B. *Wel in 't*
vlees. G. Voll mit fleisch. Gall. *Charnu.* A. Fleshy.

EUSEMIA, est bonorum signorum præsentia, ab $\tau\delta$
benè, & $\pi\tau\alpha\sigma$ signum. B. *Een goed teiken.* G. Ein gut
zeichen. Gall. *Un bon signe.* A. A good sign.

EUSITIA, est bonus appetitus, ab $\tau\delta$ benè, & $\pi\tau\alpha\sigma$
alo, nutrio, pasco, sagino. B. *Goeden appetyl.* G. Gut
appetit. Gall. *Bon appetit.* A. A good appetite.

EUSPLANCHNOS, est is qui optima & robusta habet
viscera, ab $\tau\delta$ benè, & $\pi\tau\alpha\sigma$ viscus. B. *Die goede in-*
gewanden heeft.

EUSTOMACHUS, est benè constitutus stomachus :
item cibus stomacho conveniens, ab $\tau\delta$ benè, & $\pi\tau\alpha\sigma$
finistrum ventriculi orificium. Quod & pro toto ventri-
culo sæpè sumitur. B. *Een goede maag.* G. Ein guter
imagen. Gall. *Un bon estomac.* A. A good stomach.

EUTHANASIA, est facilis & levis sine convulsioni-
bus dolorificis mors, ex $\tau\delta$ benè, & $\pi\tau\alpha\sigma$ mors. B. *Een*
gemakkelijke dood.

EUTHYPOROS, est rectus incessus, ab $\tau\delta\tau\delta$ rectus,
& $\pi\tau\alpha\sigma\tau\delta$ incedo.

EUTHROPHIA, est recta corporis nutritio, ab $\tau\delta$ be-
nè, & $\pi\tau\alpha\sigma\tau\delta$ alimentum.

Eu-

EUTOCOS, seu FÆCUNDA, quæ benè gerit, & facilè parturit, ab iñ benè, & tñtø fætus, à tñtø pario.

EUTONOS, qui firmus est, & debitum membrorum tenorem habet, ab iñ benè, & tñtø tensio, à tñtø tendo.

EUTROPHIA, est optima nutritio, ab iñ benè, tñtø nutrio. B. Een goede voeding. G. Das gedeyen, zunehmen. Gall. Une bonne nutrition. A. A good nourishment.

EXACERBATIO, idem quod Paroxysmus.

EXÆRESIS, sic vocatur Chirurgiae pars, quæ extrahit peregina è corpore nostro, quæ ei nocebant, ab iñ ex & aigø, traho, demo. B. uithalinge. G. Aufzziehung. Gall. & A. Extraction.

EXAGIUM, est Veterum pondus scrupulos quatuor pendens.

EXALTATIO, Gr. Μεταξυπὸς seu SUBLIMATIO, est operatio, quâ res affectionibus mutata, ad altiorem substantiae & virtutis dignitatem perducitur; vel est subtilisatio, res sensim dissolvendo, in puriorum & majorem virtutis suæ gradum transponens, & sit circulatione, ablutione, vel fermentatione. B. Opheffing / verhooging. G. Erhöhung, verbesserung. Gall. & A. Exaltation.

EXAMBLOSIS, idem quod Abortus. Gr. Ἐκμόνωσις & ἐκαύλωσις, ab iñ ex & aπλωνις Abortus.

EXANASTOMOSIS, est osculorum, sive extremitatum vasorum apertio, ab iñ ex, à ασφυξίᾳ aperio, relaxo. B. Opening der monden der naten.

EXANTHEMA, est EFFLORESCENTIA, seu EF-FLORATIO, quædam super cutem apprens instar earum macularum quæ etiam in totius corporis cute apparent, à Sennerto dupliciter describitur; unum est quod colorem cutis saltē mutat, ut sit in febribus petechialibus, morbillis, maculis scorbuticis, hepaticis, lentigine &c. alterum in quo tubercula quædam in cute erumpunt, quæ papillarum nomine venire solent, ut variolæ, papulæ, pustulæ &c. ab iñ ex effloresco. B. uitbottende blaasie / puiste. G. Blattern, bocken. Gall. Exantheme, Efflorescence. A. A pheale or pash.

EXARTHREMA, idem quod Luxatio, & quidem talis, quando totus articulus ex sede sua naturali excidit: ab iñ ex, ex artibus sum dimotus. B. Ontlid. G. Verrenckung. Gall. & A. Luxation.

EXARTICULATIO, idem quod *Luxatio*.

EXCATHISMA seu **SEMICUPIUM**, est balneum ex aqua calida.

EXCIDENTIA sive **ECTOSIS**, idem quod *Luxatio*.

EXCEPTIO, est incorporatio aut permixtio pulverum siccorum cum humiditate quapiam: hoc pacto *Elephantaria* conficiuntur, cum melle aut syrupo pulveres & pulpe excipiuntur: & pulveres pilularum cum syrupo, melle, vino, aut succo.

EXCIPULUM CHYMICUM, vide *Receptaculum Chymicum*.

EXCISIO, sive **ECCOPE**, idem quod *Extirpatio*.

EXCIPULUM, idem quod *Recipiens*.

EXCORIATIO, idem quod *Darfis*.

EXCORTICATIO, est corticis exterioris denudatio, quod Pharmacopeis usitatum est circa radices, fructus, femina &c. B. *Entz ontbastung*. G. Abschelung der rinde. Gall. *l'Eorcement*. A. Apeling awy of the bark.

EXCREMENTUM, Gr. Διαχείρησις, Περιτίλημα, notat omne quicquid ab alimentis post coctionem separatum, crassius, indissolutumque existens ē corpore est fecernendum, vel quicquid cum sanguine circumivit, & subtilius atque acrius est, quām ut corpus amplius nutrit, illive inserviat, per excretoria corporis eliminatur, ut sudor, aurium sordes, alvi & vesicae excremena &c. B. uitdyg-
zelg/ drækt. G. Unflat, roth. Gall. *Excrement*, l'Ordure du corps. A. The Offall, the refuse of any thing or excrements.

EXCRESCENTIA, idem quod *Hyperfarcosis*.

EXCRETIO, Gr. Διαχέίρησις, est actio excernendi. Vide *Excrementum*.

EXELCISMUS, est ossium à superficie in profunditatem deductio, ab εξάλω extraho. B. *Indrukkinge deg beens*. G. Einfallen der beinen. Gall. *Compression de Pos.*

EXERCITATIO, est motus corporis humani vehemens & voluntarius, sanitatis tuendae, vel habitus boni comparandi gratia factus. Gr. Ἀσκησις, Ἀσκησις, Γυμνάσιον. B. *Øfening*. G. Uebung. Gall. *Exercitation*, *Exercice*. A. Exercise.

EXERCITIUM, est motus, quo corpus sanitatis gratia exercetur & movetur, estque *triplex*. I. Quod tantum

tum ab aliis fit, ut in equitatione, navigatione, & curru.
 2. Partim ab aliis & semetipſis, ut in gladiatoriſbus & lu-
 xatoriſbus. 3. A. ſemetipſis tantum, ut in ambulatione &
 pila, omnium optimè quod fit pilâ parvâ, vulgo **pallē-
 ten**. *Exercitium* ſeu finis illius iterūm triplex eſt; vel
 ad calorem, vel ad fudorem, vel ad anhelitum, & hoc
 ſufficit. B. **Een oefening**. G. Ein uebung. Gall. *Exercice*.
 A. Exercise.

EXHALATIO. Gr. *Αὐτοπυλασις*. Idem quod *Evapo-
 ratio*.

EXINANITIO. Gr. *Κένωσις*. Idem quod *Evacuatio*.

EXISCIOS, eſt, quando os femoris luxatum eſt. Un-
 dē & illi, quibus nates rotundæ exſtant & coxa eminet,
 dicuntur *Εἰκώνει*, ab *εἰκόνῃ* ex, & *κούνιον* coxa. B. **Mank/
 Heup-ontruzigting**. G. Verrenckung der hueft. Gall. *Lu-
 xation de la hanche*. A. Luxation or the thigh bone.

EXOMPHALOS, eſt umbilici protuberantia, infantib-
 us frequens, ab *εἰκόνῃ* ex, & *ομφαλὸς* umbilicus. B. **uitbul-
 ting des navels**. G. Das heraufz wachsen des nabels.
 Gall. *Protuberance du nombril*. A. Protuberance of the
 Navel.

EXOPTHALMIA, eſt oculi extra ordinarium ſitum
 protuberantia, ab *εἰκόνῃ* ex, & *ἔφθαλμος* oculus. B. **uit-
 puilinge der oogen**. G. Das heraufz wachsen der augen.
 Gall. *Protuberance des yeux*. A. A Protuberance of the
 eyes.

EXOSTOSIS, eſt oſſium extuberantia & excreſcentia,
 ſeu oſſium tubera, & eminentiae inordinatae à Lue vene-
 rea aut aliās, ab *εἰκόνῃ* ex, & *ἐστος ὄστος*. B. **uitwassing des
 beens/ been-knobbels**. G. Ueberbein, aufzwachsen der
 beinen. Gall. *Exofloſe, excroiffance de l'Os*. A. A Extube-
 rance of the bones.

EXPECTORANTIA, Medicamenta ſunt, quae valent
 morbosam materiam intra Pulmonum bronchia contentam
 per Laryngem expellere. B. **Hoſt-middelen**.

EXPLORATORIUM, idem quod *Specillum*.

EXPLOSION, erat juxta quorundam medicorum hypo-
 theſin actio ſpirituum, quā nervi ſubitè contrahuntur:
 Caufa dicebatur, quando ſpiritibus animalibus particulae
 heterogeneæ accrefcunt, vel in conuisionem aguntur. Sed
 eſt potius operatio quædam Chymica, quā res accenſae

subitò inflammantur, ut fit, si cum nitro accendatur Antimonii pulvis. B. *Ontploßing.* G. Das rauschen, getest. Gall. & A. *Explosion.*

E X P R E S S I O ab **E X P R I M E R E**, est, quando amygdala, aliave semina pinguia post debitam contusionem, aut decocta, aut herbæ tuse ob olea aut succum prælo exprimuntur.

E X P U L S I O, idem quod *Expultrix vis.*

E X P U L T R I X V I S, sive facultas. Antiquis dicebatur illa actio seu facultas, quâ excrementa excrenebantur, sed non necesse est ad cæcas vires confugere, cum scimus ea omnia à spiritibus animalibus fieri, motu scilicet peristaltico.

E X S O L U T I O, idem quod *Eclysis.*

E X S P I R A T I O, seu **E C P N E U M A T O S I S**, est aëris in Pulmone contenti per asperam arteriam, os & nares expulso; cujus causa consilit in Thoracis dilatati collapsu, adeoque compressione Pulmonis; tum compressu muscularum abdominalium in viscera, proin in diaphragma; & denique in vi propria contracili fibrarum muscularorum Pulmonem constituentium. B. *uitademing.* G. Die aufzblasung. Gall. *Exspiration.* A. Idem.

E X S T A S I S, est judicii & imaginationis depravatio, maniacis & melancholicis familiaris, quâ diu cogitando circa unum objectum, mens quasi fixa stat absque judicio ab *iz ex*, & *is npi* statuo. B. *Ten verrukking van zinnen.* Gall. *Exstase.*

E X S U C C A T I O, idem quod *Eccymoma.*

E X S U D A T I O, idem quod *Ephidrosis.*

E X S U F F L A T I O, idem quod *Ecphyseis.*

E X T A, Gr. *επιλάγνα*, idem quod *Viscera.*

E X T A S I S, idem quod *Exstasis.*

E X T E N S I O, idem quod *Anataxis.*

E X T E N U A T I O, est totius corporis macritudo. Gr. *Διπτωμας*, & *Διπτωσις.* B. *Dermagering.* G. Magerheit, oder mager werden. Gall. *Extenuation,* *Maigneur.* A. Leanness.

E X T E R G E N T I A, idem quod *Abstergentia.*

E X T I N C T I O, dicitur de lapidibus, v.g. Crystallis, silicibus &c. toties candefactis, totiesque aquâ extintis, usque dum evaferint friabiles: ac interdum metalla ignita liquo-

liquore aliquo extinguuntur, ut hic earum virium participet. Ferrum aquâ, Aurumve vino extinctum, cujusmodi extinctiones crebrò in usum Medicum adhibentur. *Extinguere* etiam est, quando argentum vivum terebinthina, aliove liquido ita involvitur, ut nec micula ejus amplius conspiciri possit. B. uitblüssing. G. Aufleßchung. Gall. *Extinction*. A. Quenching.

EXTIRPATIO, est partis solidæ propter sphacelum, cancrum &c. abscissio. Praestat, duorum, trium, plurimorum digitorum spatio ab articulo, excisionem fieri, nisi mortificatio se extenderit ad brachii aut femoris superioria, hic enim articulum ipsum eligere cogimur. Certior est ablatione in parte sana, majori licet cum dolore. Gr. Αποστολή, & Εξτριψία. B. *Exstirpation* / afzettinge. G. Abschneidung. Gall. *Extirpation*.

EXTRACTIO, ab **EXTRAHERE**, est resolutio, quā corporis mixti partes subtiliores à crassioribus ope menstrui solventis segregantur: Ex gr. quando mediante spiritu vini vires ex quoconque Medicamento extrahuntur, tunc illud, quod post menstrui evaporationem relinquitur, vocatur *Extractum*. B. *Gēn uittreihunge*. G. Aufzziehung. Gall. *Extraction*. A. An Extractio. Gr. Ἐκχύωσις, Ἐκχύωμα. Chirurgice quoque sumitur pro extractione rei è corpore humano, e.g. dentis, calculi, polypi, globuli plumbei &c.

EXTRACTUM, Gr. οπίος, undē *Opium* & *Exchyloma*, est purum, sincerum & efficax illud, quod à partibus minus efficacioribus, mediante liquore, segregatum & ad justam consistentiam inspissatum est. B. *Gēn uittreihzel*. G. Dasz aufgezogen ist. Gall. *Extrait*. A. An extract.

EXTRAVASATUM, dicitur de humore vel sanguine, qui è vasis effluxit, sive adhuc hæreat intra partes corporis molliores, sive penitus ex corpore effluxerit. Gall. *Extravase*.

EXTUBERATIO, idem quod *Apophysis*.

EXULCERATIO, Gr. Ελυώναις Ελυστης, est solutio continuæ, à materia erodente originem trahens, in molibus corporis partibus, cum immunita magnitudine. Differt ab abscessu, quod abscessus producitur per se, progressa tantum Inflammatione. Exulceratio item est magna, parva, lata, brevis, angusta, recta, transversa, sinuosa, æqua-

æqualis, inæqualis, &c. B. *Een verzweringe.* G. Verwundung, versehrung der haut. Gall. *Exulceration, Blefsüre, Entameure de la peau.* A. An Exulceration.

EXUMBILICATIO, est *Hernia Umbilicalis*, seu Umbilici procidentia. Idem quod *Exomphalos*.

EXUSTIO, est, quando quis ab igne læsus fuerit. Estque triplex, *prima* lœdit cuticulam, & cum veliculis aquofis elevatur; *secunda* ipsam quoque cutim; *tertia* partes etiam cuti subjectas. Gr. *Ἐλαύων*. Illa *Exustio* sœpe studio & arte Chirurgicâ fit, ope cauteriorum candentium. B. *Bzanding.* G. Brand, brunst, verbrennen. Gall. *Bruiture.* A. A burning.

EZULA, vide *Ezula*.

F.

F. Significat in fine formularum *Fiat.*
F.L.A. Est Fiat Lege Artis.

F.S.A. Est fiat secundum Artem.

FABA, habet caules tres pedes circiter altos, quadratos, excavatos: folia sunt oblonga obrotunda, crassa, pinata, bina velut conjugata ad costam, quæ in mucronem abit: flores sunt leguminosi, oblongi, coloris aliquando albi, striis nigris instructi, aliquando purpurei, nigricantes: flori succedit siliqua longa, crassa, carnofa, unicapsularis, fæta seminibus reniformibus oblongis, elatis vel ovalibus, coloris varii, plerūmque albi: radix longa, partim recta, & partim repens, fibrosa: Gr. κιάυων, & Φάρνας, à Faliscis hoc vocabulum Latinis una immutata litera, dicebant enim *Habam*, quam Latini *Fabam*, properiter literarum cognominationem F. & H. B. *Boonen*. Gall. *Feve*.

FABA SANCTI IGNATII, sunt fructus Nucis vimicæ legitimæ Serapionis Camelli, habentes carnem amaram, flavam, avellanæ nucis magnitudine, variae tamen formæ: sunt hi nodosi, durissimi, corneæ substantiæ, coloris inter album & glaucum medii: Ex India orientali affertur, estque celebre antifebrile in Tertiana.

FABARIA, sic appellatur Telephii quædam species, idque à foliorum figura & crassitie à faba. Vide *Telephium*.

FACIES VULTUS, Gr. περιποστη. Anterior capitis pars non capillata, continens oculos, nasum, os, labia, men-